usufructus est jus utendi, fruendi rebus alienis, salvâ earum substantiâ. in ppiis h.t. ad l. 1 ff eodem.

Dicitur utendi fruendi, hoc est, omnes fructus etiam ad compendium percipiendi.

Dicitur rebus alienis; usufructus enim est servitus, et nemini res sua servit. l. 5. in ppiis ff si usufruc. quæ. adl. 20. ff de servit. prædd. urb.

De usufructu

Dicitur salvâ substantiâ, tum quia finito usufructu, sua proprietas domino salva remanere debet, tum quia, rei interitu, extinguitur usufructus. l. 13. §. 4 ff de usuf.

Duplex usufructus distinguitur: proprie dictus et improprie dictus. arg. §. 2. h.t.

Proprie dictus ille est, qui consistit in rebus quæ primo usu consumuntur, et possunt restitui, salvâ substantiâ, ut in domo, fundo &c. §. 2. h.t. l. 3. §. 1. ff eod. tit.

improprié dictus ille est, qui consistit in rebus quæ primo usu consumuntur, ut in vino, oleo &c. quarum consequenter non substantia post finitum usum fructum, sed estimatio tantum restituitur. §. 2. h.t.

§. 1. h.t. l. 3. in pr. ff de usufr. l. 5. ff de servit.

Usufructus proprie dictus constituitur stipulationibus, pactionibus et testamento.

§. 2. h.t.

improprie vero dictus constituitur re medio æstimationis et cautionis a fructuario datæ, de tantumdem post usumfructum finitum restituendo.

§. 3. h.t.

finitur usufructus improprie dictus morte cùm naturali, tum civili; q persona cohæret et expleto tempore.

Proprie dictus finitur morte etiam cùm naturali, tum civili, maximâ et mediâ capitis diminutione, consolidatione, cessione proprietatis, ô utendo per modum, ô utendo per tempus ac denique rei serviendo

§. 3. h.t. l. 8. ff de usu. et usufr. vrin. h.t. l. penult. in pr. ins. ead. h.t.

interitu et expleto tempore.

Hinc igne, consumptis ædibus, aut penitus diruti, nec area quidem usufructus superest, ita ut restitutis ædibus, usus fructus non revisiscat. l. 3. §. 2. l. 10. §. 2. ff quib. mod. usus fruct. l. 3 ff h.t.

Titulus Quintus
De usu & habitatione

Usus est modus utendi rebus alienis, salvâ earum substantiâ.

Dicitur utendi, hoc est, fructus rei usuariæ ad quotidianam necessitatem percipiendi. §. 1. h.t.

Dicitur rebus alienis, quia nemini res sua servit.

De usu et habitatione

Dicitur salvâ earum substantiâ, 1° q usuario

in princ. tit. praced. re perempta, extinguitur usus fructus 2° q usuarius uti debet

tanquam bonus pater familias.

Usus ab usufructu in eo præsertim differt:

Primò, q usuarius fructibus ex re usuariâ

§. 1. h. t. provenientibus, ad necessitatem tantum quotidianam

percipere potest, usufructuarius vero etiam ad compen-

dium percipitur.

Secundò, differt in eo od usus alterius locari,

vendi, aut gratis concedi non possit, alia autem est aliorum

necessitas, possit autem usufructus, jure tamen ipso perdi

§. 1. in fine h. t. l. 12. §. 2. ff de usufruct quemad. fructuarium remanente.

De usu et habitatione.

Cæterum conveniunt quatenùs iisdem modis in princ. h. t.

constituuntur et finiuntur.

Sectio prima
De habitatione

Habitatio est jus in ædibus alienis § 5. h. t.

alienis servitutis jure, gratuitò habitandi.

Dicitur gratuito, ut a locatione-conductione

distinguatur habitatio.

Differt ab adium usu in eo od qui habi- § 2. h. t. qui § de-sumptus e ex l. 2. 3. 4. § 5. 6. ff. de usu et ha.

tationem habet, ipse possit habitare vel alteri locare, q

in facto maxime consistit; qui vero usum habet, ipse

debeat habitare, cum in jure potissimum consistat usus. l. 10. in princ. ff de usu et hab. et l. penult. ff.

De modis acquirendi rerum dominii j. c. introd.

Sectio Secunda
De Modis acquirendi rerum Dominii jure civili introductis.

Modi acquirendi rerum dominii, jure civili introducti, duo ff.; sigillatim seu titulo singulari, et per universitatem, seu titulo universali.

Sigillatim tribus modis hodie dominia acquiruntur: nempe adjudicatione, lege et usucapione.

adjudicatio est modus acquirendi rerum dominii, jure civili, introductus, quo rei dominium a judice transfertur. ulpia. tit. de dom. 19 reg. 16.

Lege transfertur dominium, hoc est, legis

De usucapione et longi temporis praescriptionibus

potestate ad eam referuntur donatio causa mortis, legatum, fidei-commissum singulare, usucapio &c. ulp. tit. de dom. 19. reg. 14.

Titulus sextus
De usucapionibus et longi temporis Praescriptionibus.

usucapio est adjectio dominii, per continuationem possessionis temporis, lege definiti. l. 3. de usurp. et usucap. ulp. tit. de domin. 19 reg. 8.

Dicitur usucapio, q usu sive possessione dominium nobis acquiritur. l. 113. ff de V. S.

Dicitur adjectio, q progressu temporis paulatim dominium nobis adjicitur. vide praecium h.t.

Licet aequitati naturali, qua nemo debet cum l. 206. ff de R. J.

De usucapionibus et longi temporis præscriptionibus

alterius jactura et detrimento locupletari, adversari videtur usucapio.

Justis autem de causis, jure civili, fuit admissa.

l. 1. ff de usurp. et usucap.

Primò, ut aliquis finis esset litium et sollicitudinis.

l. ult. in pr. ff pro hæ.

Secundò, ne dominia rerum semper forent incerta.

l. 1. ff de usurp. et usucap.

Tertiò, denique, ut puniretur negligentia dominorum qui res suas vindicare & curare, videntur eorum alienationi consentire.

arg. 203. ff de R. J. et l. 28 ff de V. S.

Locum habet usucapio, cum res nobis a non

in pr. Inst. h. t.

De usucapionibus et longi temporis præscript

dominis tradita fuit, quam verum dominum putabamus esse, cum autem dominium nobis non poterit transferri, illud progressu temporis nobis acquiritur.

Ut autem juste procedat usucapio, quinque requiruntur: Titulus justus, bona fides, possessio & interrupta, tempus legitimum, et ut res sit talis quæ possit usucapi.

l. 14. Cod de rei vind. in pr. et §. 1. 2. h. t. et l. 10. in pr. et 23. ff de usurp. et usucap.

Sequentibus scribus ad usucapionem requisita continentur:

Justa fides, justus titulus, res non vitiosa.

ut res tradatur, tempus quoque continuetur.

Titulus est possessionis causa, v. G. donatio, lega-

De usucapionibus et longi temporis praescriptionib.

tum, venditio &c.

Duplex est: justus et injustus.

justus titulus legibus subnixus est, ut emptio-venditio, donatio &c.

injustus vero legibus adversatur, ut furtum.

Titulus justus duplex est: idoneus ad dominium transferendum, ut emptio-venditio, donatio &c. hic titulus ad usucapionem requiritur. §. 9. h.t.

ineptus ad dominium transferendum, ut commodatum, locatio-conductio &c.

Bona fides est rei alienae ignorantia, l. 22. §. 11. ff. de noxal. act.

igitur mala fides est rei alienae scientia. l. 1. ff. ad leg. Flav. de plag.

De usucapionibus et longi temporis praescriptionibus

Requiritur, jure civili, bona fides, traditionis l. 48. §. 1. ff. de acq. rer. dom. et l. unic. cod. de usuc. l. 16. §. ult.

tempore.

Bona fides requiritur in accipiente solo si de §. 4. h.t. l. 28. ff. de usurp. et usucap.

rebus immobilibus agatur, tales autem res in furti vitium non

cadunt.

Si vero de mobilibus agatur, in tradente et in accipiente, §. 3. in fine. h.t.

requiritur bona fides, si autem tradens esset malae fidei, tum §. 2. eod. et l. 6 et 18. cod. de furtis et loco corrupto.

res esset furtiva; qui autem tradit rem alienam sciens et

ignorante domino, furtum committit, nam res furtiva non

potest usucapi.

Bona defuncti fides haeredi etiam malae fidei prodest §. 12. h.t.

ad usucapiendum, sicut et vice versa, defuncti mala fides

De usucapionibus et longi temporis prescriptionibus

hæredi bona noceat, ita ut ex persona suâ non possit usucapionem hæres incipere, in jus autem universum et causam defuncti succedit hæres.

Possessio est rei corporalis detentio.

Duplex est: naturalis et civilis.

Naturalis est rei animo habendæ tantum detentio.

Duplex iterùm distinguitur possessio naturalis, justa et injusta.

Possessio naturalis justa est ea quæ legibus subnixa est, qualis est possessio bonæ fidei possessoris pignus possidentis.

De Possessione

Possessio injusta ea est quæ jure et legibus adversatur, qualis est possessio furis rem furtivam possidentis.

Civilis est rei animo domini detentio; qualis est possessio bonæ fidei possessoris, ea quæ ad usucapionem requiritur. in pr. §. 1. I. h. t. et l. 2 b. ff de usurp. et usucap.

Possessio debet esse continuata, nempe per triennium si de re mobili, et per decennium inter presentes aut viennium inter absentes, si de re immobili agatur. in pr. §. 1. I. h. t. et l. unic. cd. de usucap. transf.

Presentes dicuntur, qui in eadem degunt provintiâ, absentes vero qui in diversis provintiis morantur.

Istius possessionis cursus potest interrumpi

vel naturaliter, vel civiliter.

Naturaliter, veluti si quis de possessione vere vestâ dejicitur.

Civiliter, veluti contestatione litis, modo vicerit actor, aliò qui, pendente lite, currit et persolvitur usucapio. l. 18. ff. de rei vind.

Sorrò continuatur seu conjungitur possessio defuncti inter et heredem, venditorem inter et emptorem, modo bona fides adfuerit. §. 12. h.t. l. 13. ff de usurp. l. 2. ff §. 19. ff pro empt.

usucapi possunt res in commercio hominum positæ, modo vitio careant.

unde usucapi non possunt;

Primò, res extrà commercium positæ, ut §. 1. h.t.

sacræ, sanctæ, religiosæ q nullius in bonis esse possunt. §. 9. h. t. §. h. de rer. divis.

Secundò, res fisci aut principis, quia quasi publicæ sunt, et consequenter in privatorum commercio esse nequeunt, proinde usucapi non possunt.

Tertiò, res furtivæ et vitiosæ quæ rem ipsam afficiant et commitantur, hæc vi possessæ, servus fugitivus, quia servus qui fugit, sui ipsius furtum domino facit. §. 2. et 3. h.t.

Longi temporis præscriptio est specialis quædam exceptio, quâ qui longuo tempore, rem immobilem bonâ fide possedit, et dominum vindicantem, et creditorem hypothecarium jus pignoris persequentem repellit.

l. un. cod. de usucap. transf. in princ. h.t.

Transformatâ usucapione in longi- temporis prescriptionem, a Justiniano vix aliquid inter utramque discriminis remansit.

Titulus Septimus

De Donationibus.

l. 8. 2. ff de R. J. l. 29 in princ. ff. h.t. et arg. l. 1. in princ. ff. h.t. l. 36. §. 1. ff. de mort. don. caus.

Donatio est mera liberalitas, nullo jure cogente, in accipientem collata.

l. si quis argentum. 39. §. 1. ff. de Donat.

Dicitur nullo jure cogente, quia ab initio cuique liberum est donare aut non donare, sed rerum donatione perfectâ, ad rei donatæ traditionem cogi potest

l. 69. ff

conditione ex lege.

Dicitur in accipientem collata, perfecta enim

de R. J.

non censetur, nisi fuerit a donatario acceptata; in invitum autem non confertur beneficium.

in princ. h.t. et §. 2.

Donatio duplex distinguitur: causâ mortis, et inter vivos.

§. 1. h.t. et l. 1. ff. de Donat.

Donatio causâ mortis fit ob aliquam mortis suspicionem, aut sub mortis commemoratione

l. 2. ff. de mort. caus. Donat.

Tribus modis fieri potest mortis causa dona- tio.

Primò, cum quis sortis humanæ de ea tacat. memor, & nullo presentis periculi metu perterritus

donat.

l. 13. in fin. l. 35

Secundò, cum quis imminente morte, peri-

culo commotus, ita donat, ut res statim fiat accipientis.

§.4. ff de mort. caus. donat.

Tertiò, cum quis præsente mortis periculo conterritus ita donat, ut res non fiat accipientis, nisi cum mors fuerit subsecuta.

§.1. h.t.

Tribus quoque modis potest revocari hæc donatio.

Primò, solâ pœnitentiâ, q voluntas hominis ultima est ambulatoria ad extremum vitæ usque spiritum.

§.1. h.t. et l. 30. ff de mort. caus. donat.

Secundò, convalescentiâ, quia recuperatâ valetudine, donationis conditio deficit.

§.1. h.t. l. 35. §.2. et 3. ff de mort. caus. donat.

Tertiò, præmoriente donatario ante donatorem,

§.1. h.t. l. 23. ff.

de mort. caus. donat.

quia donatio causâ mortis fit intuitu personæ.

Donatio inter vivos ea est quæ fit absque ullâ mortis suspicione et solo donatoris, donatarii que consensu perficitur.

§.2. h.t. l.1. ff eod. §.2. h.t. et l. 35. §. ult. eod. de donat.

Ex eâ nascitur actio quæ condictio ex lege vocatur, quâ potest compelli donator, ad tradendam rem donatam.

l. 35. §.4. eod de donat.

Differt a donatione causâ mortis donatio inter vivos in eo potissimum.

Primò, quia donatio causâ mortis coram quinque testibus fieri debet, in donatione vero inter vivos duo tantum testes requiruntur.

Secundò, quod donatio causâ mortis, solâ

donatoris poenitentiâ, possit revocari, donatio vero inter vivos semel perfecta, temerè et ex naturâ suâ, non potest revocari, quia est contractus, contractus autem sunt ab initio voluntatis, et ex post facto fiunt necessitatis. l. 36. cod. de donat.

Dicitur temerè, justis autem de causis revocatur, nempe ob animi ingrati vitium donatarii.

Si, v.g. vitæ, famæ aut bonis donatoris attentaverit, ex hâc causâ revocatur donatio, ipso jure, sed motâ actione ingrati, probâtâ que in judicio ingratitudine. l. ult. cod. de revoc. donat.

ea quæ revocatio fieri non potest ab hæredibus, nisi litem contestatus fuerit defunctus, quia personalis est ingrati actio. l. 1. et ult. cod. de rev. donat.

Revocatur adhuc donatio inter vivos ob supervenientiam liberorum ex justis nuptiis susceptorum, donator enim non presumitur extraneum propriæ soboli anteponere voluisse.

Supervenientibus liberis, ipso jure revocatur donatio in totum, res quæ donata ad donatorem statim revertitur et consistit etiam si liberi postea decesserint. l. 8. cod. de rev. donat.

Verùm si donator jam habens liberos donaverit, et alios liberos postea susceperit, donatio non in totum, ꝫ pro legitimâ revocatur, per inofficiosæ donationis querelam, ꝙ pater liberos habens, donare non potest, l. 1. et 2. cod. de inoffic. donat.

nisi legitimâ iis reservatâ, quæ liberis etiam nascituris debetur.

Ut effectum habeat donatio inter vivos, debet

§. 2. h.t. insinuari.

Justinianus priori constitutione jubebat

l. 34. de donat. ut omnes donationes quæ trecentos aureos non excederent,

insinuatione non indigerent.

Posteriori constitutione voluit imperator,

l. 34. in pr. et paragraph. 1. l. 36. §. 3. et l. penult. C. h.t. C. de donat. necessaria esset insinuatio, tum in donationibus quæ

quingentos aureos superarent.

Donatio ad pias causas facta, insinuationem

v. del. 19 de sacros. eccl. l. 34. 36. C. de don. novel. h. c. cap. 1. non indiget.

Insinuatio est relatio negotii gesti in

actu publico.

Titulus octavus

Quibus alienare licet vel non.

Alienatio est dominii translatio, ceu omnis — l. 1. C. de fund. dotal.

actus quo dominium transfertur.

Dicitur dominii translatio, quia omnis solus que — §. 40. de rer. divis. l. 21. C. mand.

dominus regulariter potest alienare, quilibet enim rerum suarum

arbiter est et moderator.

Dicitur regulariter, quia, licet dominus sit, quibus —

dam casibus alienare prohibetur.

Primò quidem maritus qui, licet fundi dotalis do — l. 4 et l. 13. §. 2. ff de fund. dotal. l. 4. §. 3. ff de

minus sit, hunc tamen alienare, aut hypothecæ subjicere non

Quibus alienare licet vel non.

De jure dotium, in principio h.t. nov. 61. c. 3. l. 2. ff de jur. dot.

potest sine uxoris concensu, et nisi alienationem post- biennium ratam habuerit, id quæ ne forte mulieres fuerint indotatæ, ut soluto priori matrimonio rursus nubere possint, reipublicæ enim interest civitatem replere legitimis civibus.

Secundò, excipitur quoque pupillus, et quisquis non habet liberam rerum suarum administrationem, qui licet dominus sit, non potest alienare, sine tutoris vel curatoris autoritate.

l. 10. ff de curat. furios. et alis. Cf. §. 2. h.t. l. 9 ff de auctor. tutor.

Qui vero dominus non est, non potest alienare, quia plus juris in alium, quam ipse habet, transferre nemo potest.

l. 54. ff de R. J.

Per quas personas cuique acquiritur.

excipitur creditor pignoratitius, si ad diem §. 1. h.t. præfixum non reddatur pecunia debita, ne penès creditorem pignus maneat inutile.

Titulus 6 Nonus
Per quas Personas cuique acquiritur.

Dominium nobis acquiritur, 1°. per nosmet- ipsos, jura enim ita comparata sunt, ut quisque sibi acquirat quod suâ interest.

Secundò, jure antiquo, per eos quos potestati nostræ subjectos habemus, puta filios familias aut servos.

in princ. h.t. l. 10 ff de acquir. rer. dom.

Quid quid olim filius familias, aut servus acquire-

Per quas personas cuique acquiritur.

bant, id totum patri vel domino, in quorum potestate erant,
§. 1. h.t. patriæ potestatis jure statim acquirebatur; & filius familias
una cum patre persona censetur.

Verùm, jure novo, varia distincta fuere pe-
culiorum genera.

Peculium est pusilla pecunia, quam filius
l. 2. et 5. familias a paternis, servus a dominicis rationibus, separa-
§. 3. et ult. ff de pecul. tam habet, deducto tum inde eo, quod patri, vel domino debetur.
vide dionysii gothofr. notas ad leges hæc

Peculium filii familias militare est, vel
paganicum.

Militare illud est, quod acquisivit filius
familias aut in armatâ militiâ, aut inermi.

Per quas personas cuique acquiritur.

Duplex est: castrense et quasi castren-
se.

Castrense illud est, quod in armatâ — l. 11. ff de castren. pecul.
militiâ acquisivit filius familias; V. G. si quid a pa-
rentibus, vel aliis personis ex hâc causâ ei fuerit donatum.

Quasi-castrense, est quod inermi — l. ult. cod. de inoff. testam.
militiæ acquisivit; veluti ex publicâ, vel privatâ quâdam
functione.

Quadruplex est peculium quasi —
castrense: togatum, palatinum, clericale et littera-
rium.

Togatum illud est, quod filius familias l. b. et g. cod. de adv. divers.

Per quas personas cuique acquiritur.

ejusdem est l. adv. 11. cod. eod. tit.

in militiâ acquisivit, veluti ex advocati officio.

l. un. cod. de castr. omn. palat. peculio et l. 4. cod. de bon. quæ lib.

Palatinum quod in domo principis filius familias sibi comparavit.

l. 3 & 4 cod. de episc. et cler.

clericale quod in functionibus ecclesiasticis acquisivit.

Litterarium est, quod ex litterarum professione, V. G. grammaticæ, rethoricæ, jurisprudentiæ filius familias acquisivit.

Peculium paganicum est, quod, extra omnem militiam, sed aliunde, filio familias obvenit.

ad senatum actum

Heroïum si fama minor; dum prælia cessant,

O vos felices! quorum augent otia famam.

Per quas personas cuique acquiritur.

Duplex est: profectitium et adventitium.

Profectitium ejj illud est, quod ex rebus paternis ad filium profectum est.

l. 5. in princ. ff de jure dotium

adventitium quod ex rebus maternis, aliis personis, laboribus aut industriâ, ad filium pervenit.

l. 1. et 6 cod. de bonis quæ lib.

Peculium castrense et quasi castrense ad filium familias, plenâ proprietate, pertinet, in iis quæ pro patre familias habetur, et nullum ejus in iis habet. pater.

Profectitium ad patrem familias, pleno dominio, pertinet; nulla enim, inquit Justinianus, invidia est, id quod

h. t.

est a patre profectum, hoc ad eum reverti.

adventitium pertinet ad filium, usufructu

h. t. l. 6 cod. de bonis.

De modis acquirendi rerum dominii per universitatem.

quod lib. penès patrem, remanente, quandiu in potestate patris esset filius.

Verùm si filius a patre emancipatus fuerit, §. 2. h.t. et l. 6. cod. de bonis quæ lib. usus fructus semissem retineret pater.

Servile verò peculium unicum est, in eoque consti- §. 1. de rer. qualit. vel. alien. jure. §. 3. h.t. l. 10. tit. 2d. quid quid servus acquirit, id totum domino sive §. 1. l. 32 ff. de acq. rer. dom. et leg. 62 ff. de v. s. sciente, sive ignorante, acquiritur, jure dominicæ potestatis

Sectio unica
De Modis acquirendi rerum Dominii, jure civili, per universitatem.

§. 6. per quas pers. Modi acquirendi rerum dominii per univer-

De Testamentis.

sitatem, jure civili, quatuor sunt: nempè hæreditas, bonorum nobis acq. possessio, acquisitio per adrogationem, et addictio bonorum liber- tatum conservandarum causâ.

hæreditas est successio civilis in universum jus l. 62 ff. de R. J. et causam defuncti. et l. 24 ff. de st. s.

Dicitur civilis, ut a bonorum possessione, quæ est successio prætoria, distinguatur.

Dicitur in universum jus defuncti, quia è modus §. ult. per quas pers. nob. acq. acquirendi rerum dominii per universitatem; non enim in l. 59 ff. de R. J. emolumenta tantum sed etiam in onera succedit hæres.

Defertur verò ex testamento quæ testamentaria, §. ult. per quas pers. nob. acq. et ab intestato quæ legitima vocatur.

Titulus Decimus.
De testamentis ordinandis

l. 1. ff qui testam. fac. possunt. vide cujacium 11° observ. cap. 3. 7.

Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod post mortem nostram fieri volumus.

in pptijs h. t. vide quæ dicuntur de pprietate huj. tit.

Dicitur testamentum, id est testatio mentis.

l. 9. cod. et l. 14. ff qui test. fac. poss.

Dicitur voluntatis, q. d. qui voluntate carent, facere testamenta non possunt; quales sunt furiosi, mente capti &c.

l. 68. ff de hæred. instit.

Dicitur, nostræ, quia testamentum ex alieno arbitrio pendere directe non potest; Veluti si quis diceret, titius hæres esto, si mævius voluerit.

l. 89. ff de hæred.

ex alieno tamen arbitrio potest indirecte pendere, v. g.

instit.

Titius hæres esto, si in capitolium ascenderit.

§. ult. in fin. de legat.

Dicitur ejusta, hoc est solemnis et secundum leges ordinata, in quo testamenta distinguuntur a codicillis.

Ut secundum leges sit, quatuor requiruntur conditiones.

l. 9. et 19. ff qui test. fac. poss.

Prima, ut testamenti factionem activam habeat testator.

§. 3. h. t. l. 9. in fin. ff qui test. fac. poss. l. 9. cod. de test.

Secunda, ut in eo juris solemnitates serventur.

tit. de exhær. lib. in princ. ff de lib. et posth. l. 4. ff de injust. rupt. &c.

Tertia, ut, si liberos habeat in potestate testator, eos vel nominatim instituat hæredes, vel nominatim eos exhæredes.

l. 12. cod. de testam.

Quarta denique ut directis verbis hæres instituatur

De testamentis ordinandis

Duplex testamenti genus hodie distinguitur militare et paganicum.

Paganicum illud est quod a cive romano non milite factum est; illud que duplex est: scriptum et nuncupatitium. §. 3. et ult. h. tit.

Scriptum ceu solemne illud est quod ad cujus substantiam et auctoritatem necessaria erat scriptura, in testamento scripto sex juris solemnitates requiruntur, duæ ex jure civili, duæ ex jure pretorio et duæ §. 3. h. t. ex principum constitutionibus.

Primo, jure civili requiritur testium ad id specialiter §. 3. h. t. l. 21. §. 2. ff qui test. fac. possunt. rogatorum presentia.

De testamentis ordinandis

Secundò, ut uno contextu, hoc est uno eodem que §. 3. h. t. l. 20. §. 2. l. 21. §. 3. ff qui test. f. p. l. 28. cod. de test. tempore conjunctim testamentum peragatur.

Tertiò, jure pretorio, septem testium numerus. §. 3. h. t.

Quartò, ut eorumdem testium imponantur §. 3. et l. h. t. signacula.

Quintò, ex principum constitutionibus, requiritur §. 3. h. t. l. 21. et testium et testatoris subscriptiones et si testator scribere l. 28. §. 1. cod. de test. nesciat, octavi testes.

Sextò, denique, ut testator ipse manu suâ nomen §. 2. h. t. l. 29. cod. de test. que tamen hoc revocata fuit. nov. 119. ch. 9. hæredis scribat, vel ab alio, testatoris jussu, scribatur.

In testamentis omnes cives romani, puberes masculi, et §. 6. h. t. sanæ mentis, testes adhiberi possunt.

De testamentis ordinandis.

Testes igitur in testamentis adhiberi prohibentur;

Primò, servi, peregrini, q testamentum juris est civilis,

§. 6. h. t. 3. 2. et 20. ff. de R. J. l. 20. §. 1. ff. qui testam. fac. poss.

quantum ad formam, cujus nec servi, nec perigrini capaces sunt.

Secundò, mulieres, non ob foeminini sexûs fragilitatem, sed quia calatis comitiis olim fiebant testamenta, ex quibus mulieres arcebantur.

l. 14 ff. quemadm. testam. aperiant. et arg. l. 20. §. 6 ff. qui testam. fac. poss.

Tertiò, impuberes, furiosi, mente capti, prodigi, et caeci quia hi omnes testamenta facere non possunt. et consequenter testes esse prohibentur, nec non muti et surdi;

§. 6. h. t. l. 21. in pr. ff. qui test. fac. poss.

quia testantis voluntatem declarare vel audire non possunt.

§. 6. h. t. l. 18. §. 1. l. 20. §. 6 ff.

improbi et intestabiles, v. g. qui ob grave delictum

De testamentis ordinandis.

qui test. fac. poss.

veluti repetundarum, adulterii, vel ob grave crimen fuerunt condemnati, vel qui falsum in judicio testimonium dixerunt.

Quartò, haeredis in testamento scripti, vel etiam

§. 10. h. t. l. 10. in pr. ff. qui testam. fac. poss. et l. 10. ff. de testib.

fidei commissarii universalis non admittitur testimonium in testamentis, in quibus haeredes scripti sunt, vel eis haereditas per fidei-commissum universale relicta est, quia nemo in propriâ causâ est idoneus.

Legatarii vero et fidei commissarii singulares, testes ee non prohibentur, quia non in rem suam dicere, sed in rem haeredis testes sunt.

Quintò, pater non potest esse testis in testamento, in quo filius ejus scriptus est haeres, et vice versâ, quia

§. 10. h. t.

De testamento militari

pater et filius familias una eadem que persona censentur, nec

l. 3. cod. de apost. apostata, heretici, et illi qui cum bestiis pugnarunt, quia infames sunt.

Testamentum nuncupatis rum illud

§. ult. h. t. est quod viva voce, et sine scriptis factum est.

§. ult. h. t. l. 2. §. emancipationem cod. de test. Ad illud septem testes nominatim rogati requiruntur, et uno contextu fieri debet.

Titulus undecimus
De militari testamento

Testamentum militare est militis in expeditione occupati, voluntatis sententia de eo quod post mortem suam fieri velit, minus solemnis.

De testamento militari

l. ex eo tempore 42. ff de test. mil. et l. unica in fin. ff de bon. pos. ex test. mil.

Miles autem is dicitur, qui in numerum relatus est, militiæ que sacramento adstrictus.

l. 1. ff de test. mil. 2. ad ed.

Dicitur minus solemnis, nullo autem in testamento militari requiruntur solemnitates, speciali militis privilegio, quia magis arma quam leges scire debet.

§. 1. h. t. l. 16. ff. de testam. milit.

Oportet tamen ut constet de ultima militis voluntate, veluti scripto aliquo, veluti scripto aliquo, veluti litteris sanguine rutilantibus, aut viva voce, coram duobus testibus suam voluntatem declaraverit.

§. 3. h. t.

Testamentum sic factum, tandiu valet, quandiu testator est miles, imo et post annum a die honestæ et causariæ missionis.

Quibus non est permissum testamenta facere.

Missio est a militiâ dimissio.

Triplex est, honesta, causaria et ignominiosa.

Honesta quæ, emenso militiæ tempore conceditur.

Causaria, quæ ob animi vel corporis vitium indulgetur; veluti ob membrum militis ruptum.

Ignominiosa, quæ fit ob delictum a militia commissum.

l. 13. §. 3. ff. de re militari et l. 2. §. 2. ff. de his qui not. infam.

Titulus duodecimus
Quibus non est permissum facere testamentum.

Testamenta facere possunt ii duntaxat

l. 3. ff. qui test. fac. poss.

Quibus non est permissum testamenta facere.

quibus testandi facultas a lege specialiter fuit concessa; et testamenti factio est juris publici, id est a jure pendet.

Hæc autem testandi facultas solis civibus romanis, patribus familias, puberibus, sanæ mentis, lege duodecim tabularum specialiter fuit concessa his verbis: utiquisque pater familias super pecunia, tutelâ ve rei suæ legassit, ita jus esto.

autor ad heron. lib. 1. num 23. ulp. tit. de test. 11. reg. 13.

Dicitur super pecuniâ, quod vocabulum hic late sumitur, pro omnibus bonis; tutelâ ve rei suæ; hoc est, suorum liberorum: liberi enim res patris dicuntur.

Hinc filius familias olim testari non poterat; 1° quia in lege duodecimâ tabularum solis patribus familias

in pr. ff. h. t. l. 6. in pr. et l. 12. in pr. ff. qui test.

Quibus non est permissum testamenta facere.

fac. prh. ch. l. 3. §. 1. ff. eod. tit. l. 19. ff. eod.

testandi facultas fuerat concessa, inclusio enim unius est exclusio alterius, quia 2° tempore legis XII. tab. filius familias nihil sibi habebat proprium.

ulp. tit. 22. reg. 10.

Verùm, jure novo, id est principum constitutionibus, de peculio castrensi et quasi castrensi testari potest, in eo autem pro patre familias habetur.

in pprijs vers. sed quidem jus §. ulp. tit. no. reg. 10. l. 12. cod. quibus fac. prh.

De peculio adventitio olim testari non potest, §

l. 11. cod. qui testam. fac. poss.

nullâ lege id juris concessum est, non autem jure dominii, sed jure legis testantur.

Quamvis patres familias lege duodecimâ tabularum testari possunt, non nulli excipiuntur.

l. 8. §. 1. et 2. ff qui test

Primò, peregrini, servi, deportati, testamentum

Quibus non est permissum testamenta facere.

fac. prh.

facere non possunt quia solis civibus romanis testandi facultas fuit concessa.

h. t. h. t. et l. 8 in pprijs ff. eod.

Secundò, captivi, quia hostium servi sunt.

§. 1. h. t. l. 6. ff. eod.

Tertiò, impuberes, quia firmum non habent animi judicium.

§. 1. h. t. l. 2 cod. eod. tit.

Quartò, furiosi et mente capti, quia voluntate carent.

l. 9 cod. qui test. fac. poss. et §. 1. h. t.

Furiosi tamen in dilucidis intervallis, testamenti faciendi capaces sunt.

§. 2. h. t. vide. novel. leonis 3. 9. ubi casus refert. quo prod. test. ph.

Quintò, prodigi quoque testari non possunt, quia non habent liberam rerum suarum dispositionem.

Prodigi enim ii dicuntur quibus rerum

Quibus non est permissum testamenta facere

suarum administratio a pretore fuit interdicta.

§§. 3. h. t. et l. 6. §. 1. ff. eod. l. 4. ff. qui test. fac. poss.

Sextò, muti et surdi a naturâ testari non possunt; sed si alter utro tantum morbo laborent, vel scripsit vel scivâ vice poterunt testari; quia in primo casu nec rogare, nec audire testes possunt.

l. 8. cod. qui test. fac. poss. l. 1. ff. de V. S. alp. in frag. tit. de test. S. fœmine.

Septimò, cæci, dubibito teste octavo, possunt facere duntaxat testamentum nuncupativum; mulieres quoque, quia verbum quisque fœminas complectitur.

authent. exceptis cod. de hær. l. 6. §. 4. ult. cod. ad. jul. majest.

Septimò denique, hæretici, eorumque fautores: læsæ majestatis rei, capitalis criminis damnati, essuratæ et monachi, testamenti faciendi incapaces sunt.

Testamenti factio duplex est: activa et passiva

De exhæredatione liberorum

Activa est jus testamenti faciendi.

Passiva est facultas ex alienum testamentis capiendi, V. G. legatum, hæreditatem.

Titulus Decimus Tertius
De exhæredatione Liberorum.

exhæredatio est datæ, vel debitæ hæreditatis ademptio.

Dicitur datæ, V. G. si extraneus qui sub conditione fuerit hæres institutus, deinde sub conditione contrariâ fuit exhæredatus.

Species in hunc modum proponi potest:

Mœvius hæres esto, si navis ex Indiarum venerit,

De exhæredatione liberorum

si non veneris, exhæres esto; in hoc exemplo, fil. datæ hæreditatis ademptio.

Dicitur debitæ, quod de filiis familias intelligi debet, qui fuerint exhæredati, quibus, jure naturæ, debetur hæreditas. (l. 4. in ppiis ff de bonis damnat.)

Liberorum exhæredatio fieri potest, vel nominatim, vel inter cæteros. (in ppiis h.t.)

Nominatim fieri potest exhæredatio, vel proprio nomine, V. G. Titius filius meus exhæres esto, vel quodam modo nomini æquipollente, V. G. filius meus minor esto exhæres; Vel etiam proprio nomine non adjecto, V. G. filius meus exhæres esto, si filius unicus est. (in ppiis h.t. l. 1. v. ch. 3. ff de liberis et posthumis.)

De exhæredatione liberorum

inter cæteros fit exhæredatio, V. G. cæteri que exhæredes sunto.

Præteritio est omissio ejus qui nec rite fuit institutus, nec ut oportet, exhæredatus.

Circà liberorum exhæredationem quatuor tempora, cum variis personarum generis sunt distinguenda.

Lege duodecim tabularum, latissima patribus familias testandi facultas erat concessa.

unde nominatim exhæredare, vel inter cæteros, vel etiam silentio præterire libere poterant.

Verùm, ex interpretatione prudentum, cum nimis durum videretur filium solo silentio præteritum, a successione (in ppiis h.t. l. 4. ff de lib. et l. 1. ff de

De exhæredatione Liberorum.

injusto rupto. irrit. fact. testam.

removeri, hoc jus interpretatum est, ita ut pater teneretur nominatim instituere aut exhærédare filios in potestate constitutos

Preteritione filiorum emancipatorum, patris

§. 3. h. t.

testamentum non vitiabatur; quia non erant patris sui hæredes, sed extraneorum loco habebantur.

unde mater filios impune preterire poterat, quia

§. 7. h. t. l. 4. §. 2. ff de bon. poss. contab.

non sunt in ejus potestate, et pro exhæredato habebantur; quia nec jure civili, nec jure pretorio, matri succedere poterat.

Jure verum novo, pater debet omnes liberos, sive in

§. h. h. t. l. 4. cod. de lib. preteri. vel exhæred.

potestate sint, sive non, nominatim instituere aut exhæredare, cujus cumque gradus, sexus, sive nati, sive posthumi, sive sui sive emancipati sint.

De hæredibus instituendis.

Jure tandem novissimo, id est novellis, pater non aliter exhæredare potest quam justis et expressis exhæredationis causis.

ex Novel. 115. cap. 3.

Sed imperator bis septem ex causis exhæredare liberos potest pater, quæ versibus sequentibus continentur.

ex Novel. 115. cap. 3.

Bis septem ex causis exhæres filius esto:

Si patrem feriat, vel maledicat ei:

Carcere detrusum si negligat, aut furiosum,

Criminis accuset, vel paret insidias:

Si dederit damnum grave; si nec ab hoste redemit.

Testari-ve vetet: se sciet-ve malis.

Si minus sequitur: vitiet-ve cubile paternum:

non orthodoxus; filia si meretrix.

Titulus decimus Quartus.
De hæredibus instituendis

hæredis institutio est caput et fundamentum totius testamenti, directa est in primo gradu hæreditatis oatio.

Cùm ejlla est caput et fundamentum totius testamenti, non potest consistere testamentum, absque hæredis institutione. l. 1. in pprio ff h.t. l. 1. §. 3. ff de vulg. et pupil. substit.

Dicitur directa, fieri enim debet verbis directis et imperativis, veluti olim; e Mœvius hæres esto; in quo distinguitur ab hæreditate fideicommissariâ quæ fit precariis et rogativis, rogote, hæres meus, ut e Mœvio meam hæreditatem restitueris.

Dicitur in primo gradu, quia in secundo esset substitutio.

Hæredes esse possunt ii omnes quibus cum est testamenti factio tum activa, tum passiva. in pprio h.t. l. 31. ff de hæred. instit.

Servus apud romanos institui poterat, si autem esset institutus, tacito juris intellectu, libertatem consequebatur, si esset testatoris proprius; si vero esset alienus, hæreditatem adire poterat exc concessione sui domini. §. 1. h.t. §. 1. Quib. exc caus. manum. §. 1. h.t. l. 31. ff de hæred. instit.

Hæreditas est velut corpus quoddam quod §. h. h.t. l. ho. §. 2. ff

De hæredibus instituendis

de hæred. instit.

in duodecim partes dividitur, sumptæ autem partes nomine designentur, tota enim hæreditas assis nomine intelligitur.

Nomina singularum partium hic referuntur, scilicet:

uncia . . . pars hæreditatis undecima.

Sextans . . . pars sexta, seu duæ uncia.

Quadrans . . . quarta pars, tres uncia.

Triens . . . . . tertia pars assis, quatuor uncia.

Quincunx . . . quinque unciæ.

Semis . . . . seu semi as, sex uncia.

Septunx . . . septem uncia.

Bes . . . . . quasi bis triens, octo uncia.

Dodrans . . . novem uncia.

Dextrans . . . . decem uncia.

Deunx . . . . undecim unciæ.

as . . . . . tota hæreditas.

Hinc unus vel plures hæredes instituí possunt ex §. 4 h. t. l. 13 §. 1. ff. eod.

iis partibus quas voluerit testator.

Quod si partes assignatæ non impleant assem §. 7. h. t. et l. 13. §. 2. ff. eod.

quod superest, iis hæredibus acquiritur pro ratâ portione, jure accrescendi; nemo pro parte testatus, aut pro parte intestatus decedere debet.

exemplum sic proponi potest:

Primus hæres esto ex quadrante: secundus ex

quadrante, tertius ex quadrante; singuli succedunt ex triente.

Si vero partes assignatæ assem superent, singulorum
§ 7. h. t. l. 13. § 1. ff eod. partes, pro rata portione, decrescunt; V. G. si quatuor hæredes
extent pro triente, quadrans duntaxat habebunt.

§ 9. h. t. l. 1. ff de condit. inst. Hæres instituí potest vel pure vel sub conditione.

Conditio est ea quæ in futurum, incertum que
eventum negotium gestum differt ac suspendit, quâ deficiente
deficit, quâ existente perficitur negotium.

Hæres instituitur sub conditione in hunc
modum: Titius hæres esto, si navis ex indarum venerit.

Hæc enim duplex est: possibilis et impossibilis.

Possibilis conditio ea est, cui nec natura, nec

jus est impedimento, quo minus existat; V. G. si navis ex
indarum venerit.

Impossibilis vero ea est, quæ naturæ, V. G. § 11. infra de inutilib. stipulat. l. 12, 15. et 24. ff de cond. inst.
Titius hæres esto, si cœlum digito tetigerit; moribus, si hominem
occiderit, et facto, Titius hæres esto, si montem aureum mihi
dederit, repugnat.

Conditio enim possibilis triplex est: potestativa,
casualis et mixta.

Potestativa ea est, quæ pendet ex voluntate
ejus cui sub conditione relictum est, veluti; Mœvius hæres esto,
si in capitolium ascenderit.

Casualis ea est, quæ pendet ex incerto fortunæ

eventu, v.g. Titius hæres esto, si navis ex hispaniâ veneris.

Mixta est, cujus eventus partim ex ex incerta fortunâ eventus partim ex voluntate pendet. v.g. Semphronius hæres esto, si titiam uxorem duxeris.

§.10.h.t. l.20.in pr.ff de conditionib. instit. l.94 ff de R.J.

Si impossibilis conditio institutioni adjecta sit, vadet institutio et conditio pro non scripta habetur, favore ultimarum voluntatum in quibus ejocari et ludere velle nemo presumitur.

§.4. de exhæred. lib. l.4 ff h.t.

Ut filius familias ritè instituatur, instituì debet, vel purè, vel sub conditione potestativâ, quod hodie in omnibus filiis, filiabus que vel nepotibus, locum habet.

Sub casuali et mixtâ conditione si filius institutus fuerit, pro preterito habetur.

Titulus decimus-Quintus
De vulgari substitutione

Substitutio est in secundo vel ulteriori gradu l.1. in pr. ff. h.t. facta hæreditatis datio.

eMævius mihi hæres esto; si Mævius mihi hæres non erit, Semphronius mihi hæres esto; eMævius institutus dicitur, Semphronius vero substitutus.

arg. §.1. ff de hæred. qualit. et differ.

introducta fuerunt substitutiones, ne quis, sine hærede testamentario, moriatur.

In substitutionibus casus est potissimum distinguendus.

Casus enim est eventus in quem substitutio

De vulgari substitutione

confertur.

Duplex substitutionis casus distinguitur, primus scilicet est secundus.

vide pac. in princip. h.

Primus casus substitutionis, quæ vulgaris dicitur, est delatæ, sed non aditæ hæreditatis.

Species sic proponi potest:

Mævius hæres esto, et si mævius hæres non erit, julius hæres esto.

Secundus substitutionis casus, quæ pupillaris dicitur, est delatæ simul et aditæ hæreditatis, sed mortis ante pubertatem contingentis: V. G. filius meus mihi hæres esto, et si mihi hæres non erit, et ante pubertatem decesserit,

De vulgari substitutione

semphronius ei hæres esto.

Ad secundum casum refertur substitutionem quasi pupillarem, quæ fit in casum delatæ simul et aditæ hæreditatis sed mortis ante recipissentiam contingentis; V. G. filius meus furiosus mihi hæres esto, et si hæres non erit, et in furore decesserit, titius mihi hæres esto.

His præmissis, triplex est substitutio: vulgaris, pupillaris, et quasi pupillaris seu exemplaris.

Vulgaris ea est, quæ fit a quolibet testatore, cuilibet hæredi, in casum delatæ sed non aditæ hæreditatis; V. G. titius hæres esto, et si hæres non erit, mævius hæres esto.

De vulgari substitutione

Dicitur vulgaris, quia fit a quolibet testatore, cuilibet hæredi, ex lege Duodecim tabularum jam laudata, uti quisque pater familias super pecunia, tutelâve rei suæ legassit, ita jus esto.

Dicitur a quolibet testatore, quia pater filio emancipato, mater et parentes materni, liberis suis vulgariter substituere non possunt.

Dicitur cuilibet hæredi, quia pater filio exhæredato, substituere vulgariter non potest.

Dicitur in casum delatæ, et non additæ hæreditatis, id est sub conditione; si hæres institutus non exstiterit, hæres.

De Pupillari substitutione

Titulus decimus-sextus
De Pupillari substitutione

Substitutio pupillaris ea est quæ fit a patre vel parente paterno, tantum liberis impuberibus, in potestate constitutis, in casum delatæ, vel aditæ hæreditatis, sed morte, ante pubertatem contingentis. in princ. I. de vulg. et pupill. subst. in princ. et l. 2. in princ. ff. de vulg. et pupill. subst.

Species in hunc modum proponi potest:

Filius meus impubes hæres esto; et si hæres erit, sed ante pubertatem decesserit, mævius ipsi hæres esto.

Dicitur in patris potestate constitutis, pupillarem est effectus patriæ potestatis, et in substitutione pupillari- l. 2. in princ. ff. de vulg. et pupill. subst.

De Pupillari substitutione

pater facit testamentum pro filio impuberi.

Unde sequitur 1°. patrem exhaerdato filio, pupillariter substituere posse, quia exhaeredatione non tollitur patria potestas. 2°. patrem emancipato filio, nec non matrem etiam maternum substituere pupillariter non posse, quia emancipatione tollitur patria potestas, et mater in potestate liberos non habet. 3°. posthumis posse patrem substituere, quia in patriam potestatem habere censetur etiam posthumos.

l. 4. ff de vulg. et pupil. substit.

arg. l. 2 in pr. ff de vulg. et pupil. substit.

§ 4. h. t. l. 4. § ff de vulg. et pupil. substit.

§. 2. h. t. et l. 20 ff de vulg. et pupil. substit.

Substitutio est velut testamentum quod pro filio impubere conficit pater.

Pupillaris a vulgari praesertim in tres differt.

De Pupillari substitutione

Primò, quod vulgaris ex lege duodecim tabularum descendat; pupillaris vero moribus sit introducta.

in fine pr. h. t. et l. 2 in pr. ff de vulg. et pupil. substit.

Secundò, quod vulgaris fit a quolibet testatore, pupillaris vero a patre tantum, vel parente paterno, jure patriae potestatis.

l. 2 in pr. ff de vulg. et pupil. substit.

Tria a matre fieri non potest liberis suis, nec a patre filiis emancipatis; quia in potestate non habens liberos.

Quartò, quod vulgaris evanescat additione hereditatis; pupillaris vero pubertate.

§. 2. h. t. et de exhaeredat. et aliis substit.

Quintò denique in vulgari substitutione,

substitutus succedat in bona defuncti, in pupillari verò in omnia bona impuberis.

Sectio unica
De Substitutione Quasi-pupillari, seu exemplari.

Substitutio quasi pupillaris ea est, qua §. 1. Inst. h. t. l. 4 ff. de vulg. et pupill. substit. l. 9 de impub. et aliis subst. filis liberis furiosis, mente captis, in casum mortis, ante resipiscentiam contingentis.

Species est: Filius meus furiosus, aut mente captus mihi hæres esto: et si in furore, vel mente captus decesserit, Titius ei hæres esto.

Quasi-pupillaris differt præsertim a pupillari in eo quòd;

Primò, substitutio quasi-pupillaris fieri potest a parentibus utrius que sexus humanitatis intuitu; pupillaris vero jure patriæ potestatis. in pupill. h. t. l. 2. in pupill. ff. de vulg. et pupill. subst. l. 9. cod. de impub. et aliis subst.

Secundò, pupillaris evanescit pubertate; quasi-pupillaris vero mentis recipiscentiâ. in pupill. et. §. 8. h. t.

Tertiò, pupillaris fit impuberibus, quasi-pupillaris puberibus. in pupill. et. §. 8. h. t.

Quartò, in pupillari quoslibet instituere potest testator, in quasi-pupillari autem liberos primùm, iis defi- l. 9 cod. de impub. et aliis subst. cientibus, fratres et sorores, quibus etiam non extantibus,

quoslibet substituere testator potest.

Titulus decimus-septimus

Quibus modis testamenta infirmantur.

Infirmantur testamenta duobus modis:
ipso jure, vel judicis officio.

in princ. h.t. Ipso jure duobus modis infirmatur testamentum; vel enim rumpitur, vel fit irritum.

Duobus quoque modis rumpitur:

§.2. h.t. l.2. ff de injust. rupt. et irrit. fact. test. l.4 de adempt. leg. Primò, posteriori testamento jure facto, nam ultima hominis voluntas est ambulatoria ad extremum vitæ usque spiritum.

§.1. h.t. l.8. ff de injust. rupt. et irrit. fac. test. Secundò, agnatione et quasi agnatione; id est, sui hæredis nativitate, vel quasi-agnatione sui hæredis, hoc est, adoptione, vel adrogatione post testamentum factâ.

§.4 h.t. et l.6.§.3 ff de injust. rupt. et irrit. fac. test. Rumpitur seu fit irritum omni capitis diminutione hæredis.

l.7.§.12. ff de injust. rupt. Si testator captus fuerit ab hostibus post factionem testamenti, ejus testamentum valet jure postliminii.

Testamentum fit irritum si fuerit injuste factum; si fuerit ab hærede destitutum, et si in eo filius familias fuerit præteritus, quod dicitur nullum.

l.1. ff de injust. rupt. Cæterum testamentum ex quo nemo hæres extitit, corruit et desertum dicitur.

Quibus modis testamenta infirmantur.

Titulus decimus-octavus
De inofficioso testamento

Officio judicis duobus modis testamentum infirmatur.

Jure pretorio, infirmatur testamentum per bonorum possessionem contra tabulas.

Jure civili, per inofficiosi testamenti querelam.

Inofficiosi testamenti querela est actio quâ inofficiosi testamenti rescisio petitur, sub colore furoris vel insaniæ, hæreditas quæ ab intestato petitur.

Inofficiosum testamentum illud est, quod contra pietatis officium efficitur. l. 2 ff. h. t.

De inofficioso testamento

Adversus inofficiosum testamentum datur inofficiosi testamenti querela, de quâ suprà. l. 1. et 3. ff. de inoffic. test.

Competit hæc querela plurimis personis:

Primò, liberis injuste preteritis, aut exhæredatis, non naturalibus tantùm, sed et adoptivis hæc querela datur. §. 2. h. t.

Secundò, parentibus utrius que sexûs in liberorum testamento injuste preteritis, aut exhæredatis. §. 1. h. t. l. 1. ff. de inoff. test. l. 16. ff. eod.

Tertiò, fratribus et sororibus hæc actio datur, si turpes personæ fuerint institutæ, quod ex principum constitutionibus obtinuit. §. 1. h. t. l. 27. cod. de inoff. test.

In ultimum hæc querela conceditur, quia defuncti

perturbet memoriam, unde non competit iis qui approbaverunt judicium defuncti ante aditam hæreditatem; unde non conceditur filio familias emancipato præterito, quia succedit jure prætorio, quinquennio ad. adita hæreditate præscribitur; nec competit filio cui legitimam pater relinquit, quia jure naturæ pater nihil ultra legitimam liberis debebatur. §. 6. h. t.

Nam Legitima est certa bonorum portio quæ a naturâ liberis debetur.

æstimatur pro numero liberorum, ita ut, si quatuor sint, aut infrà, sit triens portionis ab intestato debitæ; semis vero si quinque sint aut supra. N. 18.

quod sequentes indicant versiculi.

„ Quatuor aut infrà dant, nato jura trientem,
„ semissem vero concedunt quinque vel ultrà,

Quod si pater non totam filiis relinquit legitimam, datur eis actio ad supplementum. §. 3. h. t.

Titulus Decimus-nonus
De hæredum Qualitate et Differentiâ.

hæres est successor civilis in universum jus et causam defuncti.

Dicitur civilis, ut ab eo differat qui bonorum possessionem contrà, vel secundum tabulas impetravit a

De hæredum qualitate et differentiâ

prætore.

Dicitur in universum jus et causam, quia non in emolumenta tantum, sed et in onera succedit hæres.

Triplex hæredum est genus: nempè sui et necessarii, necessarii tium, et exstranei. in ppias h.t.

Sui et necessarii, sunt liberi in potestate positi tempore delatæ hæreditatis. §. 2. h.t. l. 12. ff qui test. fac. pos. l 4. ff si tab. test. null. extant.

Necessarii tantum hæredes sunt servi a domino instituti, qui, statim post mortem domini, liberi ac necessarii hæredes existunt. §. 1. h.t. l. 1. cod. de necess. serv. inst.

De hæredum Qualitate et differentiâ.

extranei ceu voluntarii sunt ii omnes qui potestate testatoris non sunt subjecti. §. 3. h.t.

Plures sunt præcipui acquirendi hæreditatis modi; §. 6. h.t.

aditio, agnitio, pro hærede gestio, et cretio.

aditio est actus legitimus, quo extraneus hæres delatam hæreditatem sibi acquisitam, in jure profitetur.

agnitio est nuda voluntas hæredis extranei §. 6. h. t. se hæredem esse velle declarantis.

Pro hærede gestio est quilibet actus quo extraneus §. 6. h. t. l. 20. ff de acq. hæred. hæres ipsâ et facto, se velle hæredem esse, declarat.

Cretio pro formâ sumpta, è solemnis verborum ulp. tit. 22. reg. 28. conceptio; quâ hæres cum cretione institutus, se velle hæredem

esse, intra tempus a testatore sibi præscriptum in jure
declarabat.

ulp. tit. 22. reg. 28.

Tribus modis amitti poterat hæreditas, nimirum repudiatione, recusatione et omissione.

Repudiatio erat actus legitimus, quo hæres extraneus nolle se hæredem esse, in jure profitebatur.

Recusatio erat nuda voluntas hæredis extranei se hæredem esse nolle declarantis.

Omissio erat hæredis extranei, per totum tempus sibi ad deliberandum a testatore definitum hæreditatis cernendæ neglectio.

Cum adita semel hæreditas non possit amplius

repudiari, ita ut hæres insitus subjiciatur oneribus
hæreditariis, tria concessa fuere beneficia; nimirum bene-
ficium abstentionis, divisionis et inventarii.

Beneficium abstentionis est beneficium suis concessum hæredibus, quo a successione paterna possunt abstineri.

§. 2. h. t. l. 64. ff de acq. vel omit. hæred.

Beneficium divisionis est beneficium necessarius concessum hæredibus, quo bona quæ hæreditariorum post delatam sibi hæreditatem acquisierint, separare pos-
sint, ne creditoribus hæreditariis obstringantur.

l. 1. §. ult. ff de separ.

hæredibus jure novo competit beneficium inventarii, quo inventario legitime facto, creditoribus ultra

§. 6. h. t.

vires hæreditatis non tenetur.

l. ult. cod. arb. tut.

inventarium enim est instrumentum

legitime factum, quo bona hæreditaria descripta sunt.

Ut legitime confectum sit duo requiruntur.

l. ult. §. 2. et 3. cod. de ejur. delib.

Primò, debet inchoari intra mensem a quo

cognoverit hæres delatam sibi esse hæreditatem, et absolvi

post duos alios menses coram notario.

l. ult. §. 2. cod. de jure delib. et Nov. 1. c. 2. §. 1.

Secundò, ut coram notario fiat inventarium,

et præsentibus his quorum interest, aut legitimè convocatis.

Titulus Vigesimus
De Legatis

§. 1. h. t.

Legatum est donatio quædam a defuncto

relicta et ab hærede præstanda.

§. 3. h. t. l. 2. cod. comm. de legat.

Dico a defuncto relicta, non testatore; quia non

solum testamento, sed etiam codicillis relinqui possunt legata.

§. 2. h. t. l. 1. cod. comm. de legat. ff.

Triplici actione legatarius rem sibi delatam

petere potest, scilicet actione in rem, actione in personam et

actione hypothecariâ, de quibus libro quarto dicemus, ubi

loquemur de actionib.

Sectio Prima
Quæ res legari possunt.

§. 4. h. t. l. 39. §. 7. ff. de legat.

Res omnes quæ sunt in hominum commercio

posita legari possunt, sive propriæ sint testatoris, sive

alienæ.

Hoc autem ultimo casu, rem debet hæres redimere, §.4. h.t. l.124 in fin. ff de leg. 3. ut eam præstet legatario, et si dominus æquo pretio hanc vendere nolit; æstimationem legatario præstare cogitur.

Non res corporales tantum, sed et incorporales §.21.h.t. l.91.ff de leg.1. in princ. legari possunt, V. G. obligationes, servitutes; unde quod testator debetur, illud alteri legare testator potest, V. G. creditor debitori §.13.h.t. suo legare potest quod sibi ab eo debetur.

Verum si nulla demonstratione rei facta, dotem quam non accepit, maritus uxori legaverit, V. G. quæ §.14.h.t. in dotem accepi, uxori do, lego: legatum nullum est.

Unde res quæ in commercio hominum non sunt, §.4.h.t. l.39 in fin. ff de leg.1. legari ō possunt.

Sectio secunda
De periculo, augmento, vel etiam detrimento rei Legatæ

Si res legata, in genere consistens, perierit, perit hæredi, nunquam autem genera et quantitates pereunt, sed §.6.h.t. l.11.cod. Si cert. petat. per rerum naturam multiplicantur.

Si verò consistat in specie, perit legatario; quia statim a morte dominus fit et res sua periit domino. §.10.h.t. l.3 de peric. act.

Sectio tertia
Quando dies legatorum cedit.

Cedit dies, hoc est, res incipit deberi, sed peti nondum potest, V. G. promitto tibi centum Kalendis proximis, res incipit quidem deberi, sed peti non potest, nisi Kalendis proximis. l. 213. ff de V. S.

Dies vero venit, hoc e, res peti potest. l. 213. ff de V. S.

Cedit igitur legatorum dies statim a mortetatoris, venit quia ante aditam hæreditatem, itaut si legatarius, antè aditam hæreditatem, decederet, legatum transmitteretur ad hæredes. l. 3. ff quand. dies. leg. ced.

Si unus ex iis partem suam non acceptaverit, hæc pars ceteris accrescat.

Conjuncti dicuntur ii, quibus una, eademque

res in uno, eadem que testamento legata fuit.

Sectio Quarta
Quibus Legari potest.

Iis duntaxat legari potest, qui habent testamenti factionem tum activam, tum passivam; itaut peregrinis, aut deportatis legari non potest, quia non habent testamenti factionem. §. 22. h. t. l. 101. ff de leg. 1.

Hodie incertis personis legatum relinqui potest, quia in legatis sola defuncti voluntas est spectanda. §. 24. h. t.

Sectio Quinta
Quomodo Legata relinqui possunt.

De ademptione legatorum

Legata relinqui possunt pure, vel in diem, vel sub conditione sicut et testamenta.

Valet legatum, etiam si in materiâ rei legatæ sit erratum, quia in legatis non pretium, sed defuncti voluntas spectatur.

Titulus vigesimus Primus
De ademptione Legatorum.

Ademptio legatorum est legatorum defuncti pœnitentiâ revocatio.

Adimi possunt vel expresse vel tacitè.

Expresse adimuntur legata hunc in modum: quod mævio dedi, legavi, mævio non do, non lego; quia voluntas hominis ultima est ambulatoria, ad extremum vitæ usque spiritum, ut jam vidimus.

in pr. inst. de adim. leg.

De lege Falcidiâ.

Quatuor modis tacitè adimuntur legata. arg. sup. l. 15. et l. 38. ff. h. t.

Primò, alienatione rei legatæ; si testator rem legatam alienaverit absque ullâ necessitate.

Secundò, inimicitiis, testatorem inter et legatarium, expressis, quia per hujus modi inimicitias auferitur benefaciendi voluntas, nisi reconciliatio intervenerit. l. 3. §. ult. l. 4. et l. 22. ff. de ad. leg.

Tertiò, legatum debiti tacitè ademptum censetur, si testator, dum viveret, illud a debitore exegerit. §. 2. I. sup. de leg. l. 45. §. 2. ff. de leg. 1. l. 11. §. 3. de leg. 3.

Quartò, exactione debiti legati; si enim l. 11. §. 13. ff. de leg. 3.

De Lege Falcidiâ

testator nomen, quod alicui legaverit, a debitore exegerit, ademisse legatum praesumitur.

Ossa pigneratitio rei legatae, legatum non adimit; quia facta censetur exc rei familiaris necessitate. §. 12. de leg. l. 3. cod. de leg.

At vero rei legatae alteri facta donatio, legatum adimit; quia testator rem legatam alteri donando, mutasse voluntatem videtur. l. 18. ff de adim. legat.

Titulus vigesimus-secundus.

De Lege Falcidiâ

Lex falcidia est plebiscitum temporibus augusti latum, quo lex furia et lex voconia fuerunt

De Lege Falcidiâ

abrogatae; quâ cautum est, ne testator ultra dodrantem l. 1. ff. ad leg. falcid.

bonorum legaret, ita ut quarta saltem pars hereditatis penes heredem remaneat.

Rationem legis falcidiae in singulis §. 1. hs. et l. 74. heredibus ponendam esse non dubitatur, hoc est, singuli ff. ad leg. falcid. heredes quartam ex parte hereditatis sibi relictâ portionem retinere possunt.

In deducendâ falcidiâ patrimonium defuncti §. 2. h. t. ad l. 73. in pr. ff. ad l. falcid. considerare debet, quale fuerit tempore mortis, non facti testamenti.

Quaedam tamen de bonis defuncti prius deducenda sunt, quam ratio legis falcidiae ineatur.

De lege falcidiâ.

L 39 § bona ff de C. S. l. 6. in pr. ad. ad leg. falc.

Primò, as alienum, quia bona non intelliguntur, nisi deducto ære alieno.

l. penult. ff de relig. et sumpt. fun.

Secundò, impensæ funeris, religionis et sepulturæ favore, qui tantus est, ut qui sumus impendit, omnibus hæreditariis creditoribus præferatur.

§ 3. h. t. l. 33. 3 ff. et 39 in pr. ff ad leg. falcid.

Tertiò, pretia servorum in testamento manumissorum, etiam eorum quos hæres rogatus est redimere, et manumittere, id que favore libertatis.

l. ult. § 2 ad. de jure delib.

Quartò, denique, impensa facta hæreditatis aperiendæ causâ.

Cessat falcidia pluribus modis.

131. c. 12. Nov. 1

Primò, cessat in legatis ad pias causas, juxta

De Lege falcidiâ.

c2.

Novissimo.

l. 1. c. h. t. § 31.

Secundò, in testamento militis, cujus sola in disponendo spectatur voluntas.

l. 1. l. 3 § fin. C. ad. et Nov. 1.

Tertiò, si hæres, inventario non ritè confecto, hæreditatem adierit, res que hæreditarias tractare cœperit.

Quartò, si integra legata solverit, nisi probaverit se id per errorem fecisse, eum que facti pœniteat.

Quintò, si testator vetet expresse falcidiam detrahi.

Dico expresse, nam tacita prohibitio non sufficit, veluti si testator mandet integra legata prætari: præsumitur enim errore ductus circa quantitatem hæreditatis.

Auth. res cum C. ad.

De fidei-commissariis hæreditatibus

Titulus Vigesimus-tertius De fideicommissariis hæreditatibus, et ad senatum-consultum Trebellianum.

fidei-commissum in genere est liberalitas verbis precariis relicta et ex eo præstanda, qui aliquid commodi sentit ex judicio defuncti.

Dicitur fidei-commissum, quia fidei et pudori eorum, qui ex testamento capere poterant et rogabantur restituere, committebantur. §. 1. h. t.

Dicitur verbis precariis relicta, quia soli rogati, solis que defuncti precibus nitebantur fidei-commissa §. 2. h. t.

seu de Quartâ trebellianicâ

missa, nec ullo juris vinculo tenebatur hæres ad ea præstanda.

Oportet ut ille qui fidei-commisso se oneret, aliquid commodi sentiat ex judicio defuncti, ut scilicet invitetur ad defuncti fidem alacrius implendam; unde fidei commissa ab intestato relinqui possunt. §. 10. h. t. l. 1. §. h. ff ad Sctum Trebel.

Species sic effingi potest:

Mævius fato proximus dixit, rogote, qui mihi aut jure legitimo hæres es, aut jure prætorio bonorum possessor, ut hæreditatis meæ partem dimidiam, aut fundum cornelianum tibi restituas.

introducta fuerunt fidei-commissa ea §. 1. h. t. illorum favore qui testamenta facere non poterant; Quales

De fidei-commissariis hæreditatibus

sunt peregrini, servi et filii familias de peculio, et id genus alii, iis precariis saltem verbis, et amicorum ope, possunt relinquere.

Duplex est fidei-commissum; universale scilicet et speciale.

universale illud est quod de totâ hereditate, vel saltem certam ejus partem restituere rogatur hæres, et fidei-commissaria hæreditas dicitur. §. 2. vers. cum igit. h.t.

Speciale quo certa res, certa ve pecuniæ quantitas alterius bonæ fidei restituenda committitur, Ut fundus tusculanus &c. cn pfius est §. 3. tituli seq.

TRES hodie senatus consulti trebelliani sunt

seu de Quartâ trebellianicâ

effectus.

Primus est, ut actiones hæreditariæ fidei commissario, et in fidei commissarium pro parte hæreditatis ei restitutâ dentur. §. 7. h.t. est arg. l. 10. ff de R.J.

Secundus est, ut hæres rogatus hæreditatem restituere, senatus consulto trebellianico, quartam ejus partem potest. retinere; Quæ quarta Falcidia vocatur. §. 7. h. t.

Tertius est, ut, si adire hæreditatem recuset hæres petente fidei commissario, cogatur eam adire jussu prætoris, senatus cons. trebl. §. 7. h.t. l. 4 ff. eo et ipsius fidei commissarii periculo, ita ut nullum lucrum, vel damnum penes hæreditatem remaneat.

Titulus ultimus

De codicillis

§. ult. h.t. Codicilli sunt testati vel intestati minus solemnis voluntas, de eo quod quis post mortem suam fieri velit.

§. 1. in pr. h.t. Dicitur testati vel intestati, quia non tantum, qui testamento facto, codicillos facere quis potest, sed etiam si decedat intestatus, codicillos facere potest.

vide l. ult. §. 3. eod. de codic. Dicitur minus solemnis, in codicillis enim non tanta solemnitas requiritur, quanta in testamentis adhibetur.

Dicitur voluntas, unde qui voluntate carent codicillos facere nequeunt.

Dicitur de eo quod quis post mortem suam

fieri velit, quia in morte tantum codicilli fieri possunt.

Caeterùm codicilli a testamentis in pluribus differunt.

l. 6. §. 1. ff de jure codicil. Primò, codicilli differunt a testamentis quod in iis requiruntur solemnitates, nullæ vero in codicillis, si testamento fuerint comprobati.

vide l. ult. §. 3. eod. de codicil. Si non fuerint comprobati, ad eorum probationem quinque tantum testes requiruntur, non ad solemnitatem, sed ad eorum probationem, ut jam diximus: unde rogati, aut fortuiti testes adsint, non interest.

eod. Secundò, differt in eo quod hæreditas detur testamento, in codicillis vero neque hæreditas, neque tutor

§. 2. h. t. l. 4. de codicil. vide leg. 10 ff de jure

De codicillis.

codicill. nominari potest.

Caterùm, ii duntaxat codicillos facere possunt qui testamenti habent factionem activam; unde filius familias olim codicillos facere non poterat; verùm ex principum constitutionibus de peculio castrense et quasi castrense codicillos facere potest.

l. 6. §. 3. ff. de jur. codic.

Undè sequitur, corruente testamento, ipsos etiam codicillos ex testamento corruere.

l. 3. §. ult. ff. de jur. codic.

finis libri 2i institutionum.

,, Missus in hanc venio timide liber exculis urbem,
,, da placidam, Sesto, lector amice, manum.

ovid. trist. l. 3.

De hæreditatibus ab intestato

Institutionum

imperatoris Justiniani in quatuor libros div.

Compendium

Liber tertius

Titulus primus

De hæreditatibus ab intestato.

Hæreditas ab intestato ea est quæ testamentariâ deficiente, lege defertur, unde legitima vocatur.

l. legitimam. 8. ff. de petit. hæred. et §. ult. inst. per quas pers. nob. acq.

Dicitur testamentariâ deficiente, quia legitimæ hæreditati locus non est, quandiu testamentaria speretur.

l. 8. 9. ff. de R. J.

Duobus autem modis quis intestatus dicitur: proprie,

De hereditatibus ab intestato

vel improprie.

Proprie quis intestatus dicitur, qui, cum jus habere testamenti faciendi, non fecit; aut si fecit, non jure fecit.

in pris h. t. l. 1 in pris ff de suis et leg. hered. et § 1. h. t.

improprie vero intestatus dicitur, qui testandi jus non habuit; Veluti impuberes, prodigui, furiosi &c.

l. 1. in pris ff de suis et leg. hered.

Delata hæreditas dicitur, quæ utiliter acquiri vel repudiari potest.

hæreditas autem ab intestato defertur, quando certum est nullum esse testamento futurum hæredem.

l. 89 ff de R. J.

tres, jure novissimo, sunt ordines successionis ab intestato: descendentium, ascendentium et collateralium, sub-

Nov. 118. cap. 2. et 3.

De hæreditatibus ab intestato.

omni agnatorum et cognatorum differentia, succedunt, secundum gradus prærogativam et sanguinis proximitatem.

hæreditas ab intestato dividitur in stirpes, vel capita.

in stirpes vero, cum succedentes, jure representationis, ad hæreditatem veniunt, et eam hæreditatis partem consequuntur, quam habuisset is, quem representant.

l. 2. ad de suis et leg. lib.

in capita vero, cum omnes succedentes jure suo veniunt et æqualiter succedunt.

Nov. 118. ch. 1.

e Notandum est in lineâ collaterali remotiorem a proximiore excludi; quia locum non habet jus representationis.

excipitur tamen unus casus, cum sobrini filii fratris cum patruo concurrunt.

Titulus Secundus
De Legitimâ agnatorum Successione.

Legitima agnatorum successio dicebatur olim, quæ, deficientibus suis hæredibus, in tabulis proximis agnatis, nominatim deferebatur his verbis: ast si quis intestatus moritur, cui suus hæres non sit, proximus agnatus familiam habeto.

l. 1. et 2. §. 2. ff. de suis et legit. hæred. et in princ. h. t.

Sed Justinianus omni agnatorum, cognatorumque, sublato discrimine, hos omnes ad ejusmodi successionem

Nov. 118. c. 1.

secundum sui gradus prærogativam, promiscuè vocavit.

Titulus Tertius
De senatus consulto Tertulliano

Mater, lege duodecimâ tabularum, a legitimâ filiorum successione amovebatur; quia sui tantùm et agnati ad hæreditatem ab intestato vocabantur.

in princ. h. t.

Verùm, Justiniani cautum fuit, ut mater sive ingenua, sive libertina, sive plures liberos peperisset, sive unum tantùm, defuncto filio indistincte succederet, omnes quæ agnatos excluderet, quia matri nihil imputari potest, quòd non plures, sed paucos liberos peperit.

§. 4. et 5. h. t. vide leg. 2. cod. de jure liberor. et l. ult. cod. quæ potior in pig. hab.

Titulus Quartus
De senatus-consulto Orphitiano

Lege duodecimâ tabularum filius ad matris legitimam successionem non admittebatur, quia neque suus hæres erat matri, neque agnatus.

Prætor autem filios ad matris successionem ab intestato primus vocavit, sed in tertio tantum ordine, hoc est omnibus agnatis deficientibus, per bonorum possessionem, unde cognati. in ppiis h.t.

Hoc senatus consulto cautum fuit, ut filius ad matris nec non et avia legitimam successionem, si velint, admittantur, in ppiis h.t. l. penult. ff ad S.C. Tert.

itaut consanguineis et agnatis defunctæ matris, etiam si alius

juri subjectus esset, anteponeretur.

Titulus Quintus
De successione cognatorum

Successio cognatorum ea est qua, deficientibus suis legitimis que hæredibus, proximis cognatis a prætore per bonorum possessionem, unde cognati, deferebatur. in ppiis h.t.

Verum Justinianus sublatâ omni agnatorum cognatorum que differentiâ, voluit ut omnes secundum sui gradûs proximitatem in infinitum simul succederent. Nov. 118. c.5

Titulus Sextus
De gradibus cognationum

Vide titulum de nuptiis, libro primo.

Titulus Septimus
De servili cognatione

textus hic.

Servilis cognatio ea est, quae contrahitur inter eos, qui in contubernio seu statu servili concepti, nati que sunt. cujus modi cognatio jure civili nulla computabatur.

Verum Justinianus praeter juris veteris dispositionem, solutis servilem cognationem liberis, fratribus, sororibus que ad capiendam legitimam successionem prodesse, jure patronus hac in parte sapito.

in pprio h.t.

Titulus octavus
De Libertorum successione

Libertus ille est, qui ex justâ servitute

manumissus est, et ad civitatem romanam perductus.

Qui vero servus manumittit, patronus dicitur.

Si libertus patronum in suo testamento praeterierit, — §. 3. h.t.

trientem per bonorum possessionem contra tabulas patronus consequetur.

Si vero libertus non praeterierit patronum, sed minus quam tertiam bonorum partem ei reliquerit, tertiae partis suplementum condictione ex lege patronus perferit consequi. — §. 3. h. t.

Titulus Nonus
De assignatione Libertorum.

Patrono e viris sublato, liberti hereditas ex

in pprio h.t.l. ff. de ass. libert.

De bonorum possessione

aequo patroni liberis deferebatur, nisi uni ex iis ab ipso patrono facta fuerit assignatio.

Igitur assignatio liberti, est unius, ex liberis in
l. 104 ff de V.S. potestate constitutis, ad legitimam liberti successionem, caeteris liberis exclusis, a patrono facta vocatio

Titulus decimus
De Bonorum Possessione

Bonorum possessio, est in universum jus
in pprs h.t. et causam defuncti praetoria successio.

Dicitur praetoria, ut ab haereditate, quae civilis est, distinguatur successio.

S.1. h.t. Dicitur successio, qui enim bonorum posses-

De acquisitione per adrogationem

sionem impetravit, loco haeredis constituitur, et quemadmodum haeres in universa onera et commoda succedit, ita ut bonorum possessor.

Bonorum possessio duplex est: edictalis et decretalis.

Edictalis est quae sine causae cognitione, et ex praetoris edicto defertur.

Decretalis ea est quae ex decreto praetoris, causâ cognitâ, ad tempus decernitur. tit. ff. de ver. in poss. mitt.

Titulus undecimus
De acquisitione Per adrogationem.

§. 1. h. t. l. 11. §. 2. ff. de bon. poss. sec. tab.

acquisitio per adrogationem, est modus acquirendi rerum dominii, jure civili, per universitatem, quo adrogati universa bona patri adrogatori pleno jure olim acquirebantur.

§. 2. h. t. l. cum oportet. cod. de bon. quæ lib. in potest.

hodie vero ususfructus duntaxat bonorum adrogati patri adrogatori per adrogationem acquiritur.

Titulus duodecimus
De eo cui libertatis causâ bona addicuntur.

§. 1. h. t. l. 6. et sequ. cod. de testam. manum.

addictio bonorum libertatis servandæ causâ est universalis acquirendi jure civili modus, quo universa bona ejus, qui datis libertatibus, non solvendo, et sine hæreditate decessit, ei acquiruntur, qui se libertates servis conservaturum, defuncti que creditoribus satisfacturum idonee promisit.

Titulus decimus-tertius
De obligationibus.

Obligatio est solius æquitatis vinculum, vel solius juris, vel utriusque simul, quo quis ad dandum vel faciendum tenetur. §. pr. h. t.

Triplex distinguitur obligatio: mere naturalis, mere civilis et mixta. §. omnium. l. 10. ff. h. t.

Obligatio mere naturalis est solius æquitatis vinculum, qualis est illa quæ ex nudo pacto, et l. 95. §. 4. ff. de solut.

simplici conventione oritur; V.G. obligatio pupilli contracta
sine tutoris auctoritate.

Talis obligatio, jure civili, nulla est, nec parit
actionem; potest tamen dare locum fidei jussioni, pignori
novationi &c.

l.6. ff de compens. l.1.6. in fin. et 4. ff de fidei jus.

Obligatio mere civilis est, solius juris vinculum,
qualis est obligatio mutui, grassi contracta.

Haec igitur actio jure civili valet, et parit actio-
nem, sed quae reddi potest inefficax per exceptionem quod
metus causâ.

tis. de except. infra in ppiis

Obligatio mixta est, aequitatis simul et
juris vinculum, qualis est emptio, venditio, et omnes

in ppiis h.t. l.4. §.2 ff de pactis

fere contractus.

Obligationes sunt civiles vel praetoriae.

§.1. h.t.

Civiles sunt, quae vel legibus constitutae sunt,

§.1. h.t.

vel certo juri civili fuerunt comprobatae, ut obligatio
quae ex stipulatione vel emptione-venditione nascuntur.

Praetoriae vero sunt, quae ex jurisdictione

§.1. h.t. l.62. ff De oblig. et act.

praetoris fuerunt introductae, ut constitutum.

Quatuor ex causis oriuntur obligationes:

l.1. in ppiis ff de oblig. et act. §.2. h.t.

contractu, quasi-contractu, delicto et quasi-delicto.

Contractus est, consentio vel nomen
tantum habens, vel causam tantum vel utramque
simul obligationem et civilem actionem pariens.

De obligationibus

l. 1. §. 2. ff. de pactis.

Consentio est duorum vel plurium in idem placitum consensus, animo contrahendæ obligationis.

Factum est consentio nomine et causâ carens.

Contractus qui nomen tantum habent, sunt contractus nominati, qui solo consensu perficiuntur, quales sunt emptio-venditio, locatio-conductio, societas et mandatum.

l. 1. §. 4 ff. de rer. permutat.

Contractus qui causam tantum habent, sunt contractus innominati, qui re, hoc est, ~~re traditione~~ conventionis implemento ex alterutrâ contrahentium parte perficiuntur.

De obligationibus

Contractus qui nomen et causam simul habent, sunt contractus nominati qui rei traditione perficiuntur. V. G. mutuum, commodatum, depositum et pignus.

Triplex est contractuum divisio.

Prima fit in contractus juris gentium, qui originem acceperunt a jure gentium, formam vero a jure civili, ut emptio-venditio, locatio-conductio et omnes fere contractus. §. 2. Inst. de jure nat. gent. et civil.

Et contractus juris civilis, qui originem et formam a jure civili acceperunt, ut emphiteusis.

Secunda fit in contractus nominatos, qui certum nomen, certam que formam acceperunt a

De obligationibus

jure civili, nec non et certam actionem, ut emptio-venditio.

Contractus innominati qui nec nomen certum, nec certam formam acceperunt a jure civili, nec certam pariunt actionem.

l. 4. in pr. et §. 1. et leg. ff. de præscript. verbis.

Licet multæ sint contractuum innominatorum species, ad quatuor tamen reduci possunt, nimirum:

Do ut des, V. G. do tibi bovem, ut des mihi elephan.

Do ut facias, V. G. do tibi equum, ut servum manumittas.

Facio ut des, V. G. manumitto mœvium, ut des mihi centum.

Facio ut facias, V. G. gero tua negotia, ut mea

De obligationibus

geras.

Illi contractus sunt ab initio simplices conventiones quæ vim contractus non habent, nisi post. conventionis implementum exc alterutra contrahentium parte.

Unde si cum titio convenerim, V. G. ut darem ei bovem, et ipse mihi daret equum, nulla civilis actio nascitur, nisi exc alter utrâ parte conventio impleta fuerit.

Sed si alter uter adimpleverit, competit ei actio ex præscriptis verbis, quæ actio generalis omnibus contractibus innominatis accommodatur; illi enim contractus specialem non habent actionem.

Certia in contractus bonæ fidei qui obligant. §. 30. de act. l. 2. §. 3. l. 6. in

§pius ff de oblig. et act.

utrumque contrahentem, et in quibus id etiam venit, de quo inter contrahentes non convenit, sed quod alterum alteri ex æquo et bono prestare oportet, uti emptio-venditio &

unde usuræ, a die moræ, peti possunt, licet de iis propter moram prestandis, inter contrahentes non conventum

Contractus stricti juris sunt ii qui obligant ex una tantum parte, et in quibus id duntaxat venit, de quo inter contrahentes nominatim convenit; V.G. mutuum est contractus stricti juris, unde usuræ propter moram non peti non possunt, si de iis prestandis propter moram inter contrahentes non convenerit.

Caterum contractus nominati quatuor nati

perficiuntur re, verbis, litteris et solo consensu.

Titulus Decimus-Quartus
Quibus modis re contrahitur obligatio?

Contractus qui re perficiuntur sunt contractus nominati, qui præter consensum, præsentem seu actualem rei traditionem requirunt.

Quatuor sunt: mutuum, commodatum, depositum et pignus.

Mutuum est contractus juris gentium, nominatus, stricti juris, quo res fungibilis gratis datur, ea lege, ut res eadem in eodem genere, ejusdem que qua- in §pius h.t.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

litatis et quantitatis restituatur.

in ppiis h.t. ch. l. 2. §. 2. ff de reb. cred.

Dicitur mutuum, quasi de meo tuum.

§. 2. inst. de jure naturali gentium et civili.

Dicitur juris gentium, quia originem traxit a jure gentium, et apud fere omnes gentes servatur.

l. 11. §. 1. ff de reb. cred.

Dicitur stricti juris, quia in eo id duntaxat venit de quo inter contrahentes convenit; et est obligatio ex parte solum accipientis.

in ppiis h.t. ch. l. 2. §. 1. ff de reb. cred.

Dicitur quo res fungibilis, in mutuo enim res tantum veniunt quæ primo usu consumuntur. V.g. vinum, oleum, farina, pecunia.

in ppiis h.t. ch. l. ff de oblig. ex act.

Dico datur, in mutuo enim transfertur dominium; unde si res mutuo data pro accipienti, quia res sua

Quibus modis re contrahitur obligatio.

perit domino.

l. 3. ff de reb. cred.

Dico ejusdem quæ qualitatis et quantitatis, quia V.g. si titius cadum vini burgundi sempronio mutuo dedit, titio sempronius restituere debet alium cadum vini burgundi ejusdem qualitatis et quantitatis.; idem dicendum de oleo et aliis rebus fungibilibus.

ode. X. V l. 3. horatius.

„ Non ille, quamquam socraticis madet

„ sermonibus, te negliget horridus;

„ narratur et prisci catonis

„ sæpe mero caluisse virtus.

in fine ppiorum h.t.

l. X mutuo nascitur actio, quæ dicitur certi condictio et creditori datur adversus debitorem, ad rem creditam in

Quibus modis re contrahitur obligatio

in eodem genere qualitatis et quantitatis repetendam.

Dicitur certi condictio, quia per hanc actionem

l. 9. in pr. ff. de reb. cred. certum quid petitur, id scilicet, ex cujus denominatione

l. 44. §. 1. ff. de S.C. appareat, quid, quale est, quantum que sit.

Commodatum est contractus juris gentium

§. 2. h. t. nominatus, bonæ fidei, sinnallagmaticus, quo res non

fungibilis gratis utenda traditur, ea lege, ut tempore et

usu expleto, res eadem in specie restituatur.

Species commodati sic proponi potest.

Maevius titio servum commodavit, et ante

l. 18. §. 2. ff. commodati finitum commodati tempus, ægrotavit servus ille; petit

titius impensas in eo curando legitime factas repeto;

Quibus modis re contrahitur obligatio.

etiamsi nihil eâ de re convenerit.

Dicitur sinnallagmaticus, hoc est, ex utra-

que parte contrahentium obligatorius.

Dicitur res non fungibilis, in commodato

enim veniunt res non fungibiles, ut equus; in commo-

dato non transfertur dominium, sed usus tantum,

unde si res commodata casu fortuito perierit, perit

commodanti.

Dicitur gratis, si enim intervenirent merces, l. 1. §. 9. ff. de po-

esset locatio-conductio. siti vel cont.

Dicitur utenda traditur, quia in commo- §. 2. h. t. l. 8. eh. 4. ff. com-

dato rei commodatæ, non dominium, sed usus in modati.

Quibus modis re contrahitur obligatio

commodatarium transfertur.

l. 1 et 3. §. 1. ff commod.

EX commodato nascitur actio commodati quæ duplex est: directa et contraria.

Directa ea est, quæ commodanti datur ad repetendam rem commodatam post tempus et usum.

l. 14. §. 2. ff commod.

Contraria est, ea quæ commodatori datur ad repetendas impensas ad rem commodatam factas.

§. 3. h. t. l. 1. in princ. et §. 22. ff depositi.

Depositum est contractus juris gentium nominatus, sinnallagmaticus, bonæ fidei, quo certa res gratis custodienda traditur, ea lege ut ea res in eadem specie restituatur, quando cumque deponenti placuerit.

Dicitur custodienda traditur, quia in depo-

Quibus modis re contrahitur obligatio

sito custodia tantum transfertur, in quo depositum a mutuo, commodato et precario differt, et quia depositum arbitrio deponentis restituendum est, in quo etiam differt a commodato.

§. 3. h. t.

EX deposito nascitur actio depositi, duplex est: directa et contraria.

l. 1. §. 15. et seq. ff depositi et ary. l. 14. §. 1. ff eod. tit.

Directa deponenti datur adversus depositarium, ad rem depositam, quando cumque deponenti placuerit, in eadem specie repetendam.

§. 3. h. t. l. 1. §. 4. l. 20. et 32. ff depositi l. 1. §. 5. ff de oblig. et act.

Depositarius de dolo tantum, lata que culpa regulariter tenetur, quia sibi debet imputare depo-nens, quod amico negligenti rem suam commiseris, custo-

Quibus modis re contrahitur obligatio.

diendam.

Contraria est actio quæ datur depositario
l. 4. in pr. ff. depos. adversus deponentem, ad impensas rectè factas in rem
depositam repetendas.

Pignus est contractus juris gentium, no-
minatus, bonæ fidei, sinnallagmaticus, quo certa res
§. 4. h.t. a debitore creditori traditur in debiti securitatem, ea
lege, ut post solutum debitum res eadem in specie res-
tituatur.

In pignore transfertur rei possessio.

Ex pignore nascitur actio pigneratitia, duplex
est: directa et contraria.

Quibus modis re contrahitur obligatio

Directa pigneratitia actio, est ea quæ debitori §. 4. hit. et l. 9. ff. 2. ff. de pign. act. datur adversus creditorem, ad rem pignori datam, post
solutum debitum, eadem in specie repetendam.

actio pigneratitia contraria datur adversus l. 8 in pr. l. 9. in pr. et l. 15. §. 1. ff. de pign. act. debitorem, ad impensas necessarias in rem pignori datam
factas repetendas.

Cæterùm tria in contractibus prestanda veni-
unt; dolus, culpa et casus fortuitus.

Dolus est calliditas, ac fallatia ad aliquem l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. circumveniendum adhibita.

Culpa est negligentia vel imperitia. l. 4. 2. ff. pro. soc.

Triplex est: lata, levis et levissima.

Quibus modis re contrahitur obligatio

l. 213. §. 2. ff de V. S.

Lata culpa est crassa et supina negligentia, vel imperitia.

l. 5 §. 3. in fin. ff de præscr. ch. l. 1. §. 1. ff si mens. falsum. mod. dicat. l. 14 ff de pign. act.

Hæc culpa dolo similis et proxima dicitur, et pro aequiparatur.

Levis est non adhibere exactam diligentiam, sed talem qualem pater familias diligens, rebus suis adhibere solet.

l. 18 in pgnis ff commod.

Levissima culpa est non adhibere diligentiam exactissimam.

Hæc culpa opponitur exactissimæ diligentiæ.

l. 18. in pgnis ff commod. l. 1. §. 4. ff de oblig. et act.

Casus fortuitus est vis major qua humanâ providentiâ præcaveri non potest; ut mors servorum, naufragium, incendium &c.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

l. 2 §. 2. ff de pact. l. 17. in pnis ff commod. l. 6. §. 1. ff de pact. dotal.

Dolus est lata culpa in omnibus contractibus præstantur, et conventio de iis præstandis nulli est momenti, quia talis conventio bonis moribus adversatur; nemini enim dolus suus patrocinari debet.

l. 18 in pgnis ff commod.

Casus fortuitus regulariter non præstatur, nisi quis eum in se receperit, vel culpa casum præcesserit.

De levi et levissimâ culpâ hæc adhibenda est distinctio; vel enim solius dantis versetur utilitas, vel solius accipientis, vel utriusque simul.

Si in contractu versatur solius dantis utilitas, ut in deposito, præstatur dolus et lata culpa, non levis, nec levissima.

l. 18. in pr. ff. commod.

Si solius accipientis versatur utilitas, ut in commodato, levis et levissima prestatur.

l. 5. §. 2. ff. commod.

Si denique utrius que contrahentis versetur utilitas, ut in societate, levis non lævissima prestatur.

Titulus decimus-Quintus
De Verborum obligatione

Verbis contrahitur obligatio cum, præterconcensum, certa verborum solemnitas requiritur, ut in stypulatione, fidei-jussione &.

§. 1. h.t. et l. 2. in pr. ff. h.t.

Stypulatio est contractus juris civilis, nominatas, stricti juris, quo quis interrogatus se daturum

vel facturum, id quod fuit interrogatus respondet, ad dandum vel faciendum tenetur.

in pr. h.t.

Ex stypulatione duplex oritur actio: nempe certi condictio et actio ex stypulatu.

in pr. h.t. et l. 74. §. 1. h.t.

Certi condictio datur, cum res certa fuit in stypulationem deducta; veluti fundus tusculanus, cadus vini burgondi generosissimi.

in pr. h.t. et l. 75. ff. h.t.

Actio ex stypulatu datur, cum res incerta fuit in stypulationem deducta, veluti fundus, cadus vini, oleum, frumentum &c.

Titulus decimus-Sextus
De diobus reis stypulandi

De servorum stypulatione

et promittendi.

Reiĥca re dicuntur, quia scilicet, rem aliq
vel stypulati sunt, vel promiserunt.

Correi stypulandi, sunt duo, plures se credit
qui rem eamdem ita sibi dari stypulati sunt, ut unus
ejusdem que crediteris vicem sustineant.

Correi vero promittendi, sunt duo vel plures debit
qui rem eamdem ita se daturos, vel facturos promiserunt, u
unius ejusdem que debitoris vice fungantur.

Titulus decimus-septimus
De servorum
stypulatione

De divisione stypulationum

Servis stypulari posse ex hac rubrica probatur.

Servus autem stypulando, domino acquirit; in pprio
quid quid enim servus acquirit, domino acquiritur. h.t.

Titulus decimus-octavus
De divisione
stypulationum.

Stypulationum aliæ sunt judiciales, extr
aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes, jur. in
tam prætoriæ, quam judiciales. pprio

Judiciales sunt, quæ ex mero judicis profi
ciscuntur, hoc est, quæ jussu et auctoritate judicis, S.1. h.t.
causâ cognitâ, interponuntur.

De inutilibus stippulationibus

§.2.h.t. l.5.in pr.ff.de V.O. Prætoria sunt, quæ ex mero prætoris officio extra judicium interponuntur.

§.3.h.t. Conventionales sunt, ex quæ ex conventione utriusque partis concipiuntur.

§. ult. h.t. Communes sunt, quæ et ejusdem prætoris extra judicium, et interdum officio judicis, in judicio interponuntur.

Titulus Decimus-Nonus
De inutilibus
Stipulationibus

Stipulatio inutilis est, ea nullam actionem in jure pariens, nullam que obligationem.

De inutilibus stippulationibus.

Multis ex causis inutilis est stippulatio.

Primò, si quis rem, quæ in rerum naturâ non est, l.69 et 193.ff de V.O. l. 134 ff de R.J. aut esse non potest, dari stippulatus fuerit, veluti servum qui mortuus sit, aut hippocentaurum.

Secundò, inutilis erit stippulatio: veluti si quis rem sacram aut religiosam, vel rem publicam, §.2.h.t. et l.1. §.9 ff de oblig. et act. quæ usibus populi perpetuo exposita sit, vel liberum hominem stippuletur.

Tertiò, inutilis erit stippulatio, quia quis alium §.3.h.t. l. inter stipul. comm. §.2. in pr. ff de V.O. et l.ult. C. de R.J. l.185.ff de R.J. datorum, factorum ve promiserit; quia factum alienum promittere nemo potest, cùm in nostrâ non sit potestate; ne is, cujus factum promissum fuit, obligatur; quia ex

§.24.h.t. l.26.ff. l.123.ff de V.O. l.j cod. de inutil. stipulat.

Quartò, denique, non valet stipulatio ejus, si factum turpe fuerit in stipulationem deductum, §. si quis homicidium vel furtum committere promiserit, quia res quæ sunt contra bonos mores, sive probo impossibilia censentur.

textus hic.

Non valet stipulatio furiosi, muti, surdi, absentis, infantis, pubertati vero proximi stipulari possunt, peregrini, deportati, servi non possunt stipulari, quia eis nulla est voluntas.

Titulus vigesimus
De fidejussoribus

l.b.§.2. ff. de V.O. l.15.§.

Fidejussor dicitur is qui, interveniente stipu-

ff. de obl. et act.

latione se, pro alio jam obligato, citra novationem obligat.

unde fidejussio definiri potest: stipulatio accessoria, quâ quis, pro alio jam obligato, citra conventionem se obligat.

§.6.h.t. l.

Dicitur accessoria, unde in plus obligari non potest fidejussor, quam reus principalis, neque enim plus esse in accessione potest, quam in re principali.

§.3.h.t. et l.6. §.2.ff de fidejuss.

Dicitur pro alio jam obligato, quia fidejussio principalem supponit obligationem, eam que regulariter sequitur.

c.4.h.t. et l.3. cod. h. t.

Si sint plures ejusdem debiti confidejussores, singuli in solidum obligantur, unde creditori liberum est,

a quo valit, solidum accipere.

Verùm, progressu temporum, tria ipsis concessa sunt beneficia; nempè, cedendarum actionum, divisionis, et discussionis.

l. 11 et 12. cod. h.t. **Beneficium** cedendarum actionum, illud est, quo fidejussor qui ex pluribus fidejussoribus in solidum convenitur, creditorem potest compellere, ut ei suas sibi cedat actiones, quibus adversus alios confidejussores qui sint solvendo, uti possit.

l. 4. h.t. l. 3 et 10. cod. et l. 26. ff. h.t. **Beneficium** divisionis illud est, quo fidejussor, qui solus ex pluribus in solidum a creditore convenitur, creditorem cogere potest, ut actionem suam

dividat inter alios confidejussores, qui sint solvendo.

Beneficium discussionis illud est, quo fidejussor convenire non potest, antequam discussa sint facultates principalis creditoris. Nov. 4 cap. 1. evident. praesent. tit. h.t.

Titulus vigesimus-primus
De Litterarum Obligationibus

Obligatio litterarum est chirographus, quo quis in spem futurae numerationis, pecuniam se accepisse profitetur, quamtamen non accepit. h.t.

Huic litterarum obligationi, si pecunia non intervenisset numerata, pecunia non numeratae exceptio

opponebatur.

Titulus vigesimus-secundus.
De obligationibus ex concensu.

Obligationes ex concensu descendentes sunt, ea quæ nec verborum, nec scripturæ solemnitatem
h.t. nec rei traditionem requirunt, sed præstito partium concensu perficiuntur.

Quatuor sunt ejusmodi: emptio-venditio,
h.t. l.2. locatio-conductio, societas et mandatum.
ff de oblig. et act.

Titulus vigesimus-tertius
De emptione-venditione.

emptio-venditio est contractus, juris-gentium, nominatus, sinnallagmaticus, bonæ fidei, solo-concensu constans, quo rem pro certo pretio emptori licet habere.

Dicitur emptio-venditio, quibus nominibus, non plures quo contractus significantur, sed unus duntaxat contractus intelligitur, qui, diverso contrahentium respectu, emptio-venditio appellatur. præcipue hic.

Dicitur solo concensu constans, hoc est, statim atque de re vendendâ, et de ejus pretio inter-contrahentes convenit, ex ea nascitur obligatio civilis exactio. in princ. h.t. l.1. in fine ff de contrah. empt.

Dicitur licet habere, hoc est, possidere; si enim l. 11. §. 2. ff. de act. emp. venditor sit dominus, statim post traditionem transfertur dominium; si vero non sit dominus, sufficit, si vacuam tradat emptori possessionem, quâ ipsi sit bona fidei possessio ad usucapiendum, si tamen secuta fuerit evictio, hanc prestare tenetur venditor.

In emptione-venditione tria veniunt considerata substantialia, naturalia et accidentalia.

Substantia sunt sine quibus consistere non potest emptio-venditio.

Tres sunt: consensus, res et pretium.

Consensus necessariò requiritur in emptione-venditione, imò solo consensu perficitur. vi. §. pr. ff. h. t.

Hinc consensus, pupilli, prodigui, furiosi, servi, non valet. l. 2. cod. de contrah. empt.

Hinc etiam ad vendendum cogi nemo potest, nisi ob utilitatem publicam, vel religionis. l. 11. 13. et 14 cod. de contrah. emp.

Si quis tamen coactus vendiderit, stricto jure valet venditio, sed datur beneficium restitutionis in integrum.

Hinc denique si in materiâ, aut corpore rei venditæ, error intervenerit, venditio non valet; quia qui ita erat, consentire non intelligitur. l. 116. §. 2. ff. de R. J.

Sola res quæ est in hominum commercio posita, vendi potest. l. 8. in §. pr. ff. de contrah. empt. et l. 34. §. 1. ff.

§. 8. de rer. divis. et §. ult. h.t.

Unde res sacræ, sanctæ, religiosæ, regulariter vend. non possunt.

Dico regulariter; quia ipsa res quibusdam casibus vendi possunt.

Primò, vendi possunt pauperum alendorum causa

l. 21. C. de Sacros. Eccl. et ibi Can. mox cited. tempore famis:

§. 8. de rer. divis. can. 46. 12. quæst. 2. Secundò, si redimendorum captivorum gratia facta sit.

auth. præterea cod. de Sacros. eccl. et Nov. 120 cap. 10. Tertio, ad dissolvendum æs alienum ab ecclesia legitime contractum.

l. 8. in princ. ff. de contrah. empt. III. res vendi possit, requiritur ut existat, aut saltem futura speretur, ut fructus nascituri, jactus retis, etsi nulli

l. 12. ff. de act. empti et vend. l. 8. §. ult. ff. de contrah. empt. §. 1. h.t. §. 1. ff. de contrah. empt. pisces capiantur; quia in incertum fortunæ, res est, quia tenetur; valet quæ emptio venditio.

Pretium denique, in emptione-venditione requiritur.

§. 1. ch. 2. h.t. Est autem pretium rei venditæ justa æstimatio.

Debet esse justum et ex pecuniâ numeratâ; nec non est certum.

Naturalia sunt quæ naturaliter insunt; etiam si non convenerit; idiomate nostro, qui sont de droit.

Hæc sunt: 1° ex parte venditoris, evictionis præstatio; quia venditor præstare debet emptori rem habere licere.

Est autem evictio possessionis ablatio per sententiam judicis facta.

ex parte venditoris naturalia sunt periculi praestatio.

Si res vendita in specie certa consistens, perierit, periculum emptorem respicit. f. 3. h. t. ch. l. 4. in princ. ff de peric. et com. rei vend.

Si vero in genere vel quantitate consistat res vendita, periculum respicit venditorem, quia genera et quantitates nunquam pereunt; idem dicendum si res ponderis, numeri et mensurae fuerit vendita, et ante ponderationem, numerationem que perierit. l. 2. cod. de peric. et com. rei vend.

accidentia sunt, quae accidentes tantum

eveniunt in emptione-venditione.

Hujus modi sunt, V. G. ut in scriptis conficiatur: ut arrhae dentur: ut legis commissoriae, additionis in diem, vel de retrò vendendo pactum intervenial.

arrhae sunt contractae vel contrahendae emptionis-venditionis argumentum. l. 35. in princ. ff de contrah. empt.

effectus arrharum est, ut si emptor ab emptione-venditione recesserit, penès venditorem remaneant: si vero venditor ipse ab emptione-venditione recesserit, arrhae sint in duplum restituendae. in princ. h. t. l. 14. cod. de fide instrum.

Pactum legis commissoriae illud est, quo conveneris, ut, pretio intra certum tempus non soluto, res sit l. 2. ff de lege commis.

inepta.

Pactum additionis in diem, illud est, quo convenit, ut, meliori allatâ conditione, venditori intra certum tempus venditio reservatur. l. 1. ff de in diem addic.

Pactum de retro vendendo illud est, quo convenit, ut, restituto, intra certum tempus, emptori pretio, res venditori restituatur. l. 1. ff de in diem addict. l. 2. cod. de pact. inter empt.

Ex emptione-venditione duplex oritur actio; actio scilicet empti, et actio venditi.

Actio empti, emptori datur adversus venditorem ut res vendita tradatur, et id omne, quod emptoris interest, praestet. l. 11. in princ. et §. 1. et pq. ff de act. empt.

Actio venditi ea est, quae venditori datur, adversus emptorem, ad pretium, cum ejus interest, a die mora, consequendum. l. 13. §. 19. et pq. ff de act. empt.

Titulus vigesimus-tertius
De Locatione-conductione

Locatio-conductio est contractus juris gentium, nominatus, bonae fidei, quo res alteri utenda, fruenda, vel facienda traditur, sub certâ mercede constitutâ. l. 1. ff locat. cond.

Dicitur solo consensu constans, quia statim atque de re locandâ, et de certâ mercede inter contrahentes convenit, ex eâ nascitur obligatio civilis et actio. l. 24 cod. de locat. et cond.

Dicitur sub certâ mercede constitutâ, ut a-

commodato distinguatur.

Locatio-conductio ab emptione-venditi

in eo potissimùm differt, quòd

Primò, emptio-venditio in perpetuum contrahi

sed locatio-conductio ad tempus duntaxat, non ultra novem

annos.

l. 24. §. 2. et ult. ff locat-cond.

Secundò, in emptione-venditione id agitur

ut emptori rem habere liceat; in locatione-conductione

ut conductori re conducta uti vel frui præstetur.

l. penult. §. ult. ff de contrah. empt. l. 39. ff locat. conduc.

Tertiò, in emptione-venditione pretium in pecun

numerata semper consistit: in locatione-conductione merc

etiam in his rebus quæ pondere, numero, mensurâ vel consta

§. 2. de empt. vend. l. 22. ff de locat. cond.

consistere, quando que potest.

in pr. inst. h.t. et l. 2 ff locat-cond.

In pluribus autem conveniunt.

Primò, utra que requirit rem quæ venditur,

vel locetur.

l. 1. ff locat-cond. §. 28. de act.

Secundò, utraque contractus est juris-

gentium, nominatus, bonæ fidei, sinnallagmaticus, solo

que concensu constans.

§. 1. h.t. et l. 2. in pr. ff locat. cond.

Tertiò, sicut emptio-venditio certum pretium.

ita etiam locatio-conductio mercedem certam requirit.

in pr. inst. h.t. et §. 1. instit. de empt. vend.

Quartò, ex utraque duplex oritur actio-

ex utrâ que parte directa.

Duplex oritur actio e locatione-conduc-

commodato distinguatur.

Locatio-conductio ab emptione-venditione in eo potissimùm differt, quòd

Primò, emptio-venditio in perpetuum contrahitur, l. 24. §. 2. et ult. ff locat. cond. sed locatio-conductio ad tempus duntaxat, non ultra novem annos.

Secundò, in emptione-venditione id agitur, l. penul. §. ult. ff de contrah. empt. ut emptori rem habere liceat; in locatione-conductione, l. 39. ff locat. conduc. ut conductori re conducta uti vel frui præstetur.

Tertiò, in emptione-venditione pretium in pecuniâ §. 2. de empt. vend. l. 21. ff de locat. cond. numeratâ semper consistit: in locatione-conductione merces, etiam in his rebus quæ pondere, numero, mensurâ ve constant,

consistere, quando que potest.

In pluribus autem conveniunt. in pijs h.t. et l. 2 ff locat. cond.

Primò, utra que requirit rem quæ venditur, vel locetur.

Secundò, utraque contractus est juris gentium, nominatus, bonæ fidei, sinallagmaticus, solo que consensu constans. l. 1. ff locat. cond. §. 28. de act.

Tertiò, sicut emptio-venditio certum pretium. §. 1. h.t. et l. 2. in pijs ff locat. cond.

ita etiam locatio-conductio mercedem certam requirit.

Quartò, ex utrâque duplex oritur actio, in pijs h.t. et §. 1. Inst. de empt. vend.

ex utrâque parte directa.

Duplex oritur actio e locatione-conduc-

tione, actio locati et actio conducti.

l. 11. §. 2. de locat. cond.

Actio locati, est actio quæ locatori datur adversus conductorem, ad constitutam mercedem consequendam.

l. 8. et 15. §. 1. et 8. ff. de locat. cond.

Actio conducti, est actio quæ conductori datur adversus locatorem, ut re conducta sibi uti vel frui licere præstet, aut id quod sua interest uti vel frui consequatur.

l. 36. ff. locati conducti. l. ult. in fin. ff. de legib. rodia.

Locator dicitur, qui rem tradit, utendam, fruendam, vel faciendam.

Conductor qui accipit rem aliquam utendam, fruendam, vel faciendam.

Quatuor sunt genera conductorum: colonus, nempe

inquilinus, publicanus, et redemptor.

Colonus, est prædii rustici conductor, sic dictus, quod agros colat.

Inquilinus, est prædii urbani conductor, sic vocatus est, quia incolit seu inhabitat.

Publicianus, est publicorum vectigalium conductor.

Redemptor, est operis faciendi conductor.

Sectio unica
De emphiteusi

Emphyteusis est contractus juris civilis, quo agri steriles inculti ad perpetuum, vel ad

longum tempus, sub modicâ pensione transferuntur, ut meliores, fertiliores que facti reddantur.

EX emphiteusi nascitur actio emphyteuticaria directa et contraria.

Directa competit domino adversus emphyteutam, ut mercedem, et omnia quibus obnoxia res est, prestet emphiteuta.

Contraria emphyteutæ datur adversus dominum, ut re in emphyteusim datâ, uti frui prestet.

Titulus vigesimus-Quartus

De societate

Societas est contractus juris gentium, qui

nominatus, bonæ fidei, sinallagmaticus, solo concensu constans, quo duos inter plures se consentit, de lucro vel damno societatis non inhoneste, juste communicando.

Dicitur solo concensu, quia qui sine consentione rem inter se communem habent, non socii sed consortes appellantur.

Dicitur juste, hoc est, æqualiter, nec enim valeret consentio, quâ unus totum lucrum haberet, alter vero solus totum damnum; quamvis consentio fieri possit, quâ unus plus lucri consequatur quam alter, propter ejus operam aut industriam. l. 63. in pri. ff. pro socio. §. 2. h. t. l. 29. ff. pro soc.

Leonina societas est ea quæ ita fuit inita, ut unus l. 29. §. 2. ff.

pro socio. e sociis, solus de damno tenetur, lucri vero non sit particeps; vocatur leonina appellari fabulâ.

l. 1. in princ. ff pro socio. in princ. h.t. Societas duplex est: universalis quæ est de omnibus bonis; et specialis quæ est de uno tantum negotio; veluti frumentum emendi, vendendi.

l. 52. §. 2. ff pro socio. Ex societate nascitur actio pro socio, quæ socio datur adversus socium, ut lucrum, vel damnum in societate factum, communicetur.

§. ult. h.t. et l. 72. ff pro soc. Socius debet adhibere eandem diligentiam, quam in suis adhibere solet, tenetur de dolo, latâ, levi que culpâ; præterea qui parum diligenter sibi socium elegit, culpæ suæ debet imputare.

Societas solvitur pluribus modis.

§. 4. h.t. l. 4. §. 1. vide pacem. de winzium in tract. pand. Primò, socii morte, quia in societate eligitur socii fides et industria.

§. manch. h.t. Secundò, omnium sociorum dissensu, et unius e sociis renuntiatione, sed non fraudulenta, quia societas coacta lites et jurgia parit.

§. 8. h.t. l. 63. §. 6. et 10. ff pro socio. Tertiò, nec non et finito negotio, finito tempore, de quo societas fuerit contracta, et exacto tempore, solvitur.

§. 7. h.t. et l. 63. §. 12. ff pro soc. Quartò, unius e sociis bonorum publicatione, is enim in cujus locum succedit fiscus, pro mortuo habetur.

§. 8. h.t. l. 4. §. 1. l. 63. §. 1. ff pro soc. Quintò, deniqué cessione bonorum, pecuniæ tum non opere, finitur societas, si nimirùm socii in societatem

iterum consentiant; quia pecuniæ vicem obtinet operæ-
est industriæ.

Titulus vigesimus-Quintus
De mandato.

Mandatum est mandatum contractus
l. 1. ff. mand. juris gentium, nominatus, bonæ fidei, synallagmatius,
solo consensu constans, quo negotium aliquid alteri-
gerendum gratuitò committitur.

Dicitur gratuitò, si enim constituerentur-
merces, esset locatio-conductio

Recipit tamen honorarium, quod laboris potius
l. 6. in principio ff mand. remuneratio est, quam merces operæ.

eMandatum duplex est: universale
l. 1 §. 1. ff de procurat. cui de omnibus negotiis, et speciale, cui de uno tantùm
negotio.

eX mandato nascitur actio mandati, duplex
est: directa et contraria.

Directa ea est quæ mandatario datur, l. 5. §. 8. ff mand.
ut gesti negotii rationes reddat mandatarius.

Contraria ea est quæ mandatario datur l. 4. ff. mand.
adversus mandantem, ad impensas in negotio gerendo
factas, consequendas.

eMandatum pluribus modis finitur.

Primò, solvitur morte mandantis, quia ex l. 26. in principio ff.

mand l. 13. cod. officio est amicitiæ ergà mandantem suscipitur.

Secundò, solvitur mandatum morte mándatarii; quia ejus solius fides est industria fuit electa. l. 27. §. 3. ff mand.

Tertiò, revocatione a mandatore factâ tempestivè; §. 6. h.t. l. 15. ff mandati quia ejus solius interest negotium a mandatario peragi.

Quartò, renuntiatione mandatario factâ tempestivè. §. 11. h.t. l. 22. §. 11. ff mandat.

Titulus vigesimus-sextus
De Quasi-contractibus

Quasi-contractus est negotium contractui simile, quo quis alteri citra consentionem obligatur.

Dico citra consentionem; si enim intervenires consentio, esset contractus.

Sex quasi-contractus hic referuntur species: negotiorum gestio, tutelæ administratio, fortuita rerum communio, hæreditatis communio, hæreditatis acquisitio, indebiti solutio.

Negotiorum gestio est quasi-contractus, quo qui absentis et ignorantis negotia sponte gessit, eum sibi obligat, eique vicissim obligatur. §. 1. h.t.

Dicitur absentis et ignorantis, ut a mandato distinguatur.

Ex negotiorum gestione oritur nego- §. 1. h.t. l. 2. ff de

negot. gest. l. 1. ff. de obligat. ex act.

tiorum gesterum actio; duplex est: directa et contraria.

Directa est actio quæ datur ei, cujus negotium

§. 1. h. t.

gestum est, adversus gestorem, ut gesti negotii rationem reddat.

Contraria est actio quæ negotiorum

l. 2. in fin. et l. 19. §. 4. ff. de negot. gest.

gestori competit, adversus negotii gesti dominum, ad impensas, quas in gerendo negotio utiliter fecit, repetendas.

Negotiorum gestor teneatur de dolo, latâ

l. 21. circa finem mand. l. 20. ff. de neg. gest. l. 36. ff. de R. J.

lesri que culpâ, quia culpa est imminiscere se rei ad se non pertinenti.

Tutela administratio, est quasi-contractus

§. 2. h. t. l. 4. §. 1.

ff. de obligat. ex act. l. 1. in princ. ff. de auctor. tut.

quo tutor et pupillus sibi invicem obligantur.

Actio ex administratione tutelæ, duplex est: directa et contraria.

Directa est actio quæ pupillo datur, adversus

§. 2. h. t. l. 1. ff. de contrar. tut.

tutorem, ut administrationis suæ rationem reddat.

Contraria ea est, qua tutori contrà pupillum

§. 2. h. t. et l. 1. in princ.

datur, ad consequendas impensas in administratione tutelæ factas.

Tutor tenetur de dolo, latâ, lesri que culpâ, quia

pupilli favore receptum est.

Fortuita rerum communio, est quasi-contractus

§. 3. h. t. l. 2. et 3. ff. com. divid.

quo, qui rem casu fortuito communem habent, sibi invi-

cem obligantur, tum ad rem communem dividendam, tum ad prestationes personales.

Actio communi dividundo ex fortuitâ rerum communione oritur.

Est autem actio in personam, civilis, mixta, bonæ fidei, et perpetua quæ consorti datur adversus consortem, ut rem communem dividere, et prestationes personales prestare cogatur. l. 1. et 3. ff. comm. divid. l. 3. et 4. CD. ead. tit.

Hæreditatis communio, est quasi-contractus quo qui hæreditatem inter se, sive ex testamento, sive ab intestato communem habent, sibi invicem obligantur, tum ad eam dividendam, tum ad prestationes personales ex- §. 4. i. h. t.

æquo et bono prestandas.

Ex eâ nascitur actio familiæ erciscundæ; quæ est actio civilis, mixta, bonæ fidei, et perpetua, qua cohæredibus adversus cohæredes competit, tam de hæreditate dividendâ, tam de personalibus præstationibus ex æquo et bono prestandis.

Hæreditatis acquisitio, est quasi-contractus, quo hæres, acquisitâ hæreditate, obligatur cohæredibus, legatariis, et creditoribus defuncti. §. 1. h. t. et l. 2. §. 2. ff. quib. ex caus. in poss. ea tur

Tenetur erga cohæredes et legatarios, ~~actione~~ actione ex testamento; et erga creditores, iisdem actionibus quibus tenebatur defunctus. l. 6. §. ult. et l. 9. ff. de leg. 1.

Per Quas Personas nobis acquiritur.

§. 5. h. t. l. 5. §. 3. ff. de oblig. et act. l. 33 ff. de condic. indeb.

indebiti solutio est quasi contractus, quo qui per errorem facti, solvit indebitum, accipienti sibi obligat.

l. X. eo quasi ~~debito~~ contractu datur indebiti condictio ei qui solvit indebitum adversus accipientem, ad id quod indebite fuit solutum, repetendum.

§. 6. h. t.

Titulus vigesimus-septimus

Per Quas Personas nobis acquiritur.

obligatio nobis acquiritur per easdem et eadem ratione, quâ dominium nobis acquiri diximus; nimirum per servos, alios que, potestati nostre subjectos; ut-

§. 1. h. t.

Quibus modis tollitur obligatio.

tamen, quod per servos nobis acquiritur, totum nostrum fiat; quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fueris acquisitum, hoc ita dividatur, ut usum-fructum quidem habeat pater, proprietas verò filio servetur.

Vide alia quæ diximus ad titulum nonum libri secundi.

Titulus vigesimus-octavus et ultimus.

Quibus e Modis Tollitur obligatio.

Quatuor modis in hoc titulo obligationes

Quibus modis tollitur obligatio.

in pr. ins. eod. §. 1. 2. h. t. l. 95. ff. de solut. et lib.

tolluntur, nempe solutione, acceptilatione, novatione et contrario consensu.

Solutio est rei debitæ naturalis aut civilis præstatio.

Dicitur naturalis præstatio, quia naturalis sine dicitur præstatio, cum ipsa met res debita præstatur.

Dicitur civilis præstatio, cum rei debitæ præstatis æstimatio.

§. 1. h. t. l. 1. ff. de acceptil. l. penult. ff. de solut.

acceptilatio est imaginaria solutio, quâ civiliter creditor se debitum acceptum habere, respondet, quod tamen non accepit.

l. 12. §. 1. ff. de acceptil.

acceptilationem inter eh. apocam,

Quibus modis tollitur obligatio.

hoc interedit. discrimen, quod per acceptilationem omninò tollatur obligatio, etiam si re verâ debitum non fuerit solutum: at verò per apocham non aliter perimitur obligatio, quam si re verâ fuerit solutum.

apocha est cautio solutæ datis re- vel pecuniæ, quâ creditor se a debitore pecuniam se accepisse testatur. l. ult. §. 2. ff. de cond. indebit.

Novatio est prioris obligationis in aliam transfusio. l. 1. in pr. ff. de Novat.

Contrario consensu tolluntur obligationes, quæ solo consensu fuerunt contractæ, modò tamen res sint integræ, hoc est, ~~ser~~ si res nondum l. 35. ff. de R. J.

tradita fuerit.

Finis Libri Tertii
institutionum
ad senatum otiosum.

Heroum si fama minor, dum Bella cessant,
O vos felices! quorum augens otia famam.

ad majorem dei gloriam, virginis que
beatæ.

institutionum

imperatoris Justiniani in quatuor libros divisi.

Compendium

Liber Quartus

Titulus Primus

De obligationibus
quæ ex delicto
Nascuntur.

Delictum in genere, est factum jure prohibitum, quo, vel respublica, vel privatus aliquis, dolo alterius læditur.

Dicitur factum, omne enim delictum in ipso in ppio. in.t.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

l. 18. ff. de pœnis.

facto consistit, nemo enim cogitationis pœnam patitur.

Dicitur ejure prohibitum, quia quod lex permittit, delictum non est.

Dicitur alterius dolo, si enim culpâ alterius aliquis fuisset læsus, esset quasi delictum.

Delictum duplex distinguitur: publicum, et privatum.

tit. de public. jud.

Publicum ejllud est, quo res publica læditur, quod proprié crimen dicitur.

Privatum proprie dictum, ejllud est quo aliquis privatus dolo alterius læditur.

l. 23. ff. de furt.

Unde qui dolo sunt incapaces, v. g. furiosi, mente

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur

capti, surdi &c. furtum facere non possunt.

Delicti privati quatuor species referuntur: scilicet, furtum, rapina, damnum injuriâ datum, et injuria seu contumelia. in pr. inst. h. t. l. 2. ff. de obl. et act.

Furtum est contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel usus, vel possessionis, quod lege naturali prohibitum est admittere. l. 1. h. t. et l. 1. §. 3. ff. de furt.

Dicitur, contrectatio, id est, e loco motio; hinc rerum immobilium verbis aut scripturâ furtum non committitur. l. 3. §. 18. ff. de aq. pos. l. 1. §. 1. et l. 62. §. 19. ff. de furt.

Dicitur lucri faciendi gratiâ; furtum enim non committitur sine animo lucri ex re alienâ, l. 64. in pr. ff. de furt.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur

altero invito faciendi; si sine animo lucri rem alienam
quis contrectaverit, alia delicti vera abitur species, nempe
injuria, quod lege aquilia vindicatur.

arg. §. 6. h.t. et l. 39. ff de furt. Dicitur vel ipsius rei, si quis rem alienam,
putà equum alienum contrectaverit.

§. 6. h.t. l. 1. ff de furt. Dicitur vel usûs, si depositarius re depositâ
usus fuerit.

§. 10. h.t. l. 12. §. 2. l. 19. §. penult. l. 79. et §. 1. ff de furt. Dicitur vel possessionis sive furtum rei, veluti
si debito rem suam pignore datam creditori abstulerit.

§. 1. h.t. l. 1. §. ult. ff de pact. Fachasius ad penult. h.t. Odditur quod lege naturali prohibitum est
admittere; hoc est, jure quo utuntur homines, cùm nemo
ex alienis spoliis ditescere debeat.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

§. 3. h.t. l. 2. ff de furt. Furtum duplum est: manifestum est nec
manifestum.

§. 3. h.t. l. 3. 2 et 3. ff de furt. Furtum manifestum est cum fur in loco
furti, aut cum re furtivâ deprehensus est.

§. 3. h.t. l. 4. §. 1. et l. 8. ff. de furt. Furtum nec manifestum, est cum fur, nec
in loco furti, nec cum re furtivâ deprehensus est.

§. h. et 19. h.t. et §. 1 ff de pact. l. 20. ff de furt. Pœna furti manifesti est in quadruplum
mere pœnale; vero in duplum in pœnâ non mani-
festi.

l. 19. h. t. Ex furto duplex oritur actio: actio furti, et
condictio furtiva.

l. 13. et 19. h.t. actio furti est actio in personam, quæ datur

ei omni, cujus ex honestâ causâ interest rem fuisse furto subreptam adversus furem in duplum, vel quadruplum pro furti diversitate.

l. 46. §. 1. ff de furt. Dicitur ex honestâ causâ, unde furi, vel mala fidei possessori non datur, quia eorum non interest ex honestâ causâ.

§. 11. h. t. l. 6 ff. de furt. Hæc actio datur etiam adversus eum cujus ope simul et consilio furtum factum est.

§. 14. h. t. §. 3. quib. mod. re contrah. oblig. Non datur depositario, si res apud eum perierit dolo, latâ que ejus culpâ, quia tum ejus non interest ex honestâ causâ; nec etiam datur si per læsem et culpam levissimam perierit; quia de iis non tenetur depositarius

l. 14 §. is autem 3. ff de furtis.

et sic ejus non interest.

Commodatario competit actio furti, si dominus maluerit adversus eum actione commodati experiri secùs si actionem furti adversus furem elegerit, commodans quo jam libentur commodatarius.

§. 16. h. t. Sarcinatori etiam et fullonì conceditur actio furti, si rem apud se subreptam præstare locationis conductionis judicio, fuerint condemnati, si solvendo sint.

§. 15. h. t. et l. 12. in princ. ff de furt. l. 40. ff. ad. lib. Si verò non sint solvendo, ipsi domino furti competit actio adversus furem; quia tunc cum dominus suum ab eis consequi non possit, ipsius interest rem

§. 15. h. t. l. 12. ff de furtis.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

fuisse subreptam.

§. 12. h. t. l. 16. et 17. in pr. ff de furt. ob arg. l. 4. ff de judiciis

inter patrem et filium, dominum et servum saltem furtum consistere potest; inter eos tamen actioni furti locus non est, quia isti pro unâ, eâdemque personâ habentur.

Condictio furtiva, est actio in personam, rei persecutoria, quæ soli domino datur, adversus furem, vel ejus hæredem, ad rem ipsam, vel ejus æstimationem consequendam.

actio furti et condictio furtiva differunt in pluribus.

§. ult. h. t. l. 1. ff. et h. 2. ff.

Primò, actio furti pœna persecutoria est;

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

de cond. furt.

condictio furtiva rei tantum.

l. 5. et 7. §. 2. et l. 9 ff de condic. furt.

Secundò, actio furti morte furis extinguitur; nisi forte lis à defuncto fuerit contestata; condictio furtiva transit in hæredes, quoniam rei persecutoria est.

§. 13. h. t. l. 10. 11. ff. de furt. l. 1. ff. de cond. furt.

Tertiò, actio furti competit ei omnis cujus interest, ex honestâ causâ; condictio furtiva soli domino.

§. 2. de poen. temer. litig. l. 1 ff de his qui not. inf.

Quartò, actio furti famosa est; non item condictio furtiva.

l. 2. et tit. 27. §. hujus.

Sequimur ad puniendos fures, constitutionem Frederici imperatoris; cum fures, primâ vice,

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

quinque jurisc. tom. 3. var. c. 6. clarus §. furt. n. 10. ch. seq.

virgis affligunt; securidâ, membrum aliquod eis præcidunt, aut signum tergo inurunt, ut hoc sit eis cauterium vitæ emendationis; tertia denique vice eos in malam crucem sive patibulum attollunt, ut vitam laqueo finiant: nam propter iterationem et affectum delinquendi aggravatur delictum, ejusque pœna, licet in alio territorio sit factum.

covar. l. 2. var. c. 9. n. 7. et ad jurisc. p. 2. §. 1. n. 4.

Non tamen semper servatur ordo iste; nam sæpe mutatur, atque ex circumstantiis augetur, minuitur que pœna: augetur, quoties multis personis grassantibus opus est exemplo: ita ut laquei pœna decernatur etiam

c 3. de furt

ob primum furtum, si enorme sit: minuitur vero si leve sit furtum, v. g. ut inediæ extremæ succurrat.

De vi bonorum raptorum

Titulus Secundus.
De vi Bonorum Raptorum.

Rapina est rei alienæ violenta contrectatio. l. 3. §. 1. ff de vi bon. rapt.

Dicitur violenta; ut a furto distinguatur, quod rei alienæ fraudulosa tantùm est contrectatio.

Dicitur contrectatio, hinc sequitur solas res mobiles rapi posse.

adversus raptorem datur actio furti, et condictio furtiva. l. 2. §. ult. ff. vi bon. rap.

Specialem quoque actionem introduxit prætor, quæ vi bonorum raptorum vocatur. in pptis h. t. ch. 1. ch. 2. §. 17. ff eod.

De vi bonorum raptorum

§. 1. h.t. et l. 2. §. 22. ff eod.

actio vi bonorum raptorum, est actio in personam, prætoria, mixta, quæ datur ei cujus interest rem fuisse vi raptam, adversus eum qui dolo malo eam rapuit.

in ppio §. 1. l. 2. §. 3. ff eod.

hæc actio datur intra annum in quadruplum mixtum, et anni spatio extinguitur.

Sine dolo rapina non committitur; unde actio cessat, si quis rem suam rapuerit, aut rem alienam putans esse suam.

§. 1. h.t. l. 2. §. 18 ff de vi bon. rapt.

ad coercendos tamen raptores, imperatorum constitutionibus cautum est, ut si quis rem suam rapuerit, ejus rei dominio caderet: si vero res aliena esset

De lege aquilia.

eam restitueret cum ejus æstimatione.

Titulus Tertius
De Lege aquiliâ

§. 2. h.t. et l. 2. ff ad leg. aquil.

Lex aquilia est quâ damnum injuriâ datum coercetur.

§. 12 h.t. l. 5 §. 1. l. 44 in ppio ff ad leg. aquil.

Damnum injuriâ datum est speciale damnum quod, intervenientè interitu, vel læsione rei in commercio positæ, alicujus dolo, vel culpâ etiam levissimâ datum est.

Tria fuerunt legis aquiliæ capita.

in ppio et §. 3. h. t. l. 2. in ppio

Primò, capite cavetur ut, si quis hominem alienum, quadrupedem, quæ pecudum numero sit,

De Lege aquilia

cf. §. 1. ff. ad leg. aquil.

injuriâ occideris, tantum domino dare damnetur, quanti ea res plurimi valuerit, toto anno retrò precedente.

§. 2. hoc.

Dico injuriâ, hoc est, sine ullo jure, unde si quis jure utatur, ut miles, V. G. in campo, ad exercendos milites, l. 9. §. ult. ff. ad leg. aquil. §. 4. h. t. destinato, se se jaculis exercendo, servum alienum trajecerit, lege aquilia non tenebitur: nulla enim culpa ejus intelligitur.

Secundum legis aquiliæ caput usu venit,

Tertio capite cavetur, ut si quis alienum §. 12. h. t. l. 27. §. h. cit. leg. ff. ad leg. aquil. hominem, alienam ve pecudem vulneraverit, vel quadrupedem quæ pecudem numerari sit, occiderit, aliud ve damnum rebus inanimatis injuriâ dederit, si quid videlicet vitam

De Lege aquilia

fuerit, raptum aut fractum, tantum domino præstare teneatur, quanti ea res plurimi valuerit, triginta diebus proxime elapsis.

Ratione damni injuriâ dati quadruplex est actio: scilicet, legis aquiliæ directa; actio utilis, actio furti, et actio in factum prætoria, subsidiaria.

§. ult. h. t. l. 5. in princ. ff. ad leg. aquil. Actio legis aquiliæ directa datur adversus eum, qui, corpore suo, corpori damnum injuriâ dedit, adversus eum qui V. G. alienum servum gladio suo occidit; quæ quidem actio non excludit capitale judicium.

§. ult. h. t. l. 7. §. 2. utilis actio datur adversus eum qui non corpore

De Lege aquilia

l. 6. et l. 9. ff. ad leg. aquil.

suo, sed alio modo corpori damnum dedit, puta pecus alienum inclusit, ita ut fame perierit.

actio furti datur adversus eum qui servum alienum vinculis compeditum dolo malo solvit, ut fugeret; si porro fugerit his servus; quia servus qui fugit, sui fit tum domino facit; is autem cujus ope et consilio furtum factum est, furti tenetur.

l. 4. §. 7. ff. de dol. malo.

actio in factum subsidiaria datur adversus eum, qui, nec corpore suo, nec corpori damnum dedit, sed alio modo damnum intulit; puta servum compeditus vinctum solverit, ita ut servus ejus suo domino fugerit.

l. 4. §. 7. ff. de dol. malo. et §. ult. in. fin. h. t.

De injuriis.

Titulus Quartus
De injuriis

injuria seu contumelia definiri potest; factum quo alicujus fama, vel dignitas, dolo alterius laeditur.

l. 1. §. 2. ff. h. t.

tribus modis fieri potest injuria; re, verbis, aut scripto.

§. 1. h. t.

Latitur quis injuriam re seu facto, V. G. si quis alteri manus intulerit.

§. 1. h. t. l. 15. §. 33. ff. de injur.

Verbis, si alicui convitium contumeliosum dixerit; V. G. si quis puellae honeste vivenitis pudicitiam t. blandis verbis attentaverit.

§. 1. h. t. l. 9. §. 4. et l. 10. ff. h.

§. 1. h. t.
l. 5. §. 9.
ff. h. t.

Scripto denique fit injuria, veluti si quis carmen famosum scripserit, aut ad alterius infamiam scripserit, aut scripserit.

atrox est injuria aut levis.

l. 7. §. 1. ff. de injur.

injuria est atrox, cum major est, et contumeliosior.

arg. l. 4. §. 4. ff. de injur.

Levis est cum minor est, et minus contumeliosa.

§. 9. h. t.
l. 7. §. 2. et leg. ff. de injur.

atrocitas injuriæ quatuor ex causis æstimatur.

§. 9. h. t.
l. 7. §. 3. ff. h. t.

Primò, ex facti gravitate, ut si quis fustibus lasus fuerit, atrocior est injuria, quam si pugno fuisset lesiter pulsatus.

§. 9. h. t.
l. 7. in fin. et l. 7. §. 1. ff. h. t.

Secundò, ex loco, ut si quis in fano, balneo vel in theatro facta fuerit injuria; atrocior enim est, quam si in loco privato facta fuisset.

§. 9. h. t. et l. 7. §. 3. h. t. ult. ff. h. t. l. 7. eod. de injur.

Tertiò, ex personâ cui facta est, veluti si magistratui vel patricio fuerit illata; atrocior est, ac si plebeium recepisset injuriam a magistratu.

§. 9. h. t. l. 8. ff. h. t.

Quartò denique, ex vulneris loco; ut si quis in oculo vel facie fuerit percussus; atrocior est injuria, ac quam si in aliâ corporis parte minùs perspicuâ fuisset percussus.

Latitur quis injuriam:

Primò per semet-ipsos.

§. 2. I. h. t. l. 6. h. t. l. 1. §. 2. ff. ad. l. Aq. l. 26. ff. de inj.

Secundò, per eos quos potestate suos subjectos habet, veluti per filios familias, aut servos, aut affectionis vinculo conjunctos, puta per uxorem.

Poena injuriarum diversa fuit olim, pro diversis temporibus, diversis que injuriarum speciebus; poena talionis lege duodecimâ tabularum fuit constituta.

§. 7. I. h. t. l. 15. §. 44. ff. h. t.

Verùm iis omnibus, jure prætorio derogatis permissum est ei, qui passus est injuriam, ipsam æstimare, salvâ ex æquo et bono judicis moderatione, habitâ nimirùm ratione injuriæ illatæ, injuriam passi, et eam inferentis.

Triplici modo extinguitur injuriarum actio;

l. 13. in pr. Inst. l. 14. §. 14. ff. h. t. l. 2. §. 4. ff. de extraord. cogn. l. ult. h. t. l. 17. §. 1. ff. de pœnis.

Primò, alter utrius que morte, quia vindicta pœna persecutoria est.

Secundò, remissione expressâ, veluti transactione, vel tacitâ veluti dissimulatione.

l. 3. ff. de inj.

Tertiò denique, unius anni lapsus, quia prætoria est et pœnalis.

Titulus Quintus
De Obligationibus
Quæ ex Delicto-Quasi
Nascuntur

De obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur.

Quasi-delictum est factum juri prohibitum, quo aliquis, alterius culpâ, sine dolo lædit.

Dicitur sine dolo, quia in eo differt a delicto.

Quatuor species quasi-delicti referuntur. male per imperitiam judicatum, dejectum vel effusum, positum vel suspensum, et damnum quod in navi, cauponâ vel stabulo datum est.

Male per imperitiam judicatum, est quasi-delictum quo tenetur judex, qui male per imperitiam judicatur.

ex eo quasi-delicto datur actio in factum, ei

De obligationibus quæ ex quasi delicto nasc.

contra quem male judicatum est, adversus eum qui male judicavit, in quantum ea res religioni judicantis videbitur.

Dejectum vel effusum est quasi-delictum quo tenetur is, ex cujus cœnaculo, dejectum vel effusum est aliquid, quod transeunti nocuit.

Nascitur actio de dejectis, vel effusis, adversus adium habitatorem, in duplum damni dati.

Positum vel suspensum, est quasi-delictum quo tenetur is, qui, suprà eum locum, quo vulgò fit iter, aut ubi consistitur, positum vel suspensum habet aliquid, quod si ceciderit, nocere possit.

De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.

EX eo quasi-delicto nascitur actio popularis.

§.1.h.t.l.h.§.1.ff de iis qui effud. vel dejec. Dejectis vel suspensis, quæ cui liber e populo datur, adversus adium habitatorem, in decem aureos, etiamsi res non ceciderit, id quæ ut viatorum securitati magis prospiciatur.

l.4.§.ult. ff. de his qui effud. vel dejec. Hæc actio in hæredem non datur, quia est poenalis.

Damnum in navi, cauponâ, vel stabulo datum, est quasi-delictum quo tenetur is, in cujus §.3.h.t. navi, vel cauponâ, damnum datum est ab iis quorum operâ utitur exercitor vel stabularius.

EX eo quasi delicto datur actio in factum prætoria §.3.h.t. l.4.§.1.ff.

De actionibus

in duplum damni dati adversus navis aut cauponæ exercitorem. navis, caup. et stab. l.1.§.2.ff. de adv. naut. l.5.§.ult. ff. de oblig. et act.

Titulus Sextus
De actionibus

Actio est jus persequendi in judicio quod sibi debetur. in princ. h.t. et l.5.ff. de oblig. et act.

Dicitur quod sibi debetur, hoc est, quod quis vobis dare, facere, vel restituere debet.

actionum prima divisio fit in actiones in rem, in personam, et mixtas. §.1.h.t. et l.2.h. in princ. ff. de obl. et act.

Sectio Prima
De actione in Rem.

§. 15. h. t. et l. 25. in princ. ff. de obligat. et act.

Actio in rem ea est, quâ rem nostram ab alio possessam petimus, quæ rei vindicatio propriè dicitur.

Vocatur actio in rem, quia ex ipsius rei dominio nascitur, et sub rei designatione concipitur.

l. ult. C. de alien. jud. mut. l. 9. et 12. ff. de rei vind. et l. 1. C. ad. eod. l. 3. et 23. in princ. ff. de rei vind.

Duæ sunt hujus actionis causæ, scilicet dominium ex parte actoris, et possessio ex parte rei.

Hac actio adversus quemcumque possessorem solo domino datur.

Possessor dicitur is qui rem corporaliter tenet.

Vindicatio rei est actio in rem, qua ejus

recuperandæ causâ, contrà quemcumque possessorem domino datur.

Actio in rem civilis duplex est: una confessoria, altera negatoria.

Confessoria est ea, quâ quis rem aliquam esse suam, vel servitutem in sui, vel prædii sui gratiam rei alienæ impositam esse contendit. §. 2. h. t. l. 1. in princ. ff. si servit. vind.

Negatoria verò ea est, quæ neganti rei suæ impositam esse servitutem datur adversus eum qui prædio suo servitutem deberi contendit. §. 2. h. t. et l. 1. in princ. ff. si servit. vind.

In vindicandis rebus corporalibus sola confessoria

actio locum habere potest.

§. 2. infra. h. t. l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. ff. si servit. vind.

IN rebus autem incorporalibus utraque actio locum habet.

IN actione negatoriâ probandi actio in reum rejicitur, quia negat actor; negantis autem nulla probatio.

IN actione verò confessoriâ onus probandi actori incumbit, quia prædia omnia libera sunt jure naturali, semperque præsumuntur liberi, donec contrarium probetur.

Sectio secunda
De actione in Personam.

ACTIO in personam ea est, quâ agimus adversùs eum, qui dare dum, vel faciendum aliquo jure nobis est obligatus. §. 1. h. t. l. 2. h. in princ. ff de obl. et act.

DICITUR aliquo jure, hoc est, ex contractu, quasi contracta, delicto, et quasi delicto. §. 1. h. t. et l. 24. in princ. ff de obl. et act.

VOCATUR actio in personam, quia suâ personæ designatione concipitur.

Sectio Tertia
De actionibus Mixtis

ACTIONES mixtæ sunt eæ, quæ in rem simul et in personam concipiuntur; ceu quæ rebus potissimùm §. 20. h. t.

§ 20. h. t. constant, et preterea prestationibus personalibus.

l. 3. et 6. 8. pandt. ff. comm. div. Prestationes personales sunt, eæque habitâ ratione lucri, damni, vel impensarum, alterum alteri ex æquo et bono prestare oportet.

§. 20. h. t. Tres sunt ejus modi actiones, scilicet actio familiæ erciscundæ, communi dividundo, et finium regundorum.

§. 20. h. t. l. 1. et 12. §. 1. ff. fam. ercis. Actio familiæ erciscundæ, est actio mixta, quæ competit cohæredibus adversus cohæredes, tum de hæreditate dividendâ, tum etiam de prestationibus personalibus.

§. 20. et 28. h. t. l. 9 cod. fam. ercis. In rem est hæc actio, quatenùs cohæres ex hæreditate

indivisa partem suam vindicat, quatenus vero simul agitur de prestationibus personalibus in personam est.

§ 28. h. t. l. 1. 3. et l. ff. 8. 2. de com. div. Actio communi dividundo, est actio mixta, quâ agimus adversùs eos qui certam rem nobis cum communem habent, citrà societatem, tum ad eam dividendam, tum etiam ad prestationes personales.

In rem est hæc actio, quatenùs rei communis pars petitur; quatenùs verò simul agitur de prestationibus personalibus, hoc est, de eo quod lucri, damni, vel impensarum nomine alterum alteri prestare oportet, in personam est.

§.20.h.t. l.1.ff.fin. regund.

Actio finium regundorum, est actio mixta, qua, qui confines agros habent, de regundis eorum finibus, seu terminis distinguendis inter se agunt.

In rem est haec actio, quatenus finium ejus indicationem continet: quatenus autem in hanc actionem venit etiam id quod alterum alteri ex aequo et bono, eo nomine praestare oportet, in personam est.

§.3.h.t. ch.l.24. §.ult.ff. de obl. et act.

Actionum secunda divisio fit in civiles, et praetorias.

Civiles sunt quae a jure civili fuerunt introductae, quales sunt actio empti, commodati, tutelae &c.

Praetoria sunt, quae deficientibus civilibus actionibus a praetore fuerunt introductae. §.3.h.t.

Harum aliae sunt in rem, aliae in personam; uti ejusdem est in sectione sequenti.

Sectio Quarta
De Praetoriis in rem actionibus.

Actiones in rem praetoriae sunt, ea quae civilibus actionibus deficientibus, a praetore introductae, adversus quemcumque possessorem dantur, ad persequendum jus quod nostrum esse contendimus.

Quinque sunt ejus modi actiones; scilicet actio §.3.4.5. tit. 6. et 7. h. t. publiciana, quasi-publiciana, ceu rescissoria, pauliana, serviana, et quasi-serviana, sive hypothecaria.

Actio publiciana est actio in rem prætoria, quæ §.4. h. t. l. 13. ff. de public. in rem act. l. 4. §. 6. ff. ead. tit. bonæ fidei possessori datur adversus quemcumque possessorem, ad amissam rei a se nondum usucaptæ possessionem recuperandam, sub colore, quasi ea res usucapta jam fuisset.

In rem est hæc actio, quia prætor rem fuisse §.4. h. t. usucaptam fingit; unde potest actor eam vindicare.

Species sic referri potest.

Titius qui equum bonâ fide possidebat, eum amisit antequam usucepisset; non actione in rem adversus possessorem illius equi experiri potest Titius, quia emit a non domino, et nondum usucepit, sed actione tantùm publicianâ concessa a prætore, sub colore, quasi res jam esset usucapta.

Si verò equus ad verum dominum redisset, jam non esset locum huic actioni.

Actio quasi-publiciana, ceu rescissoria est actio §.5. h. t. l. 9. 10. 11. l. 25. §. ult. l. 24. et 27. ff. ex quib. caus. maj. in integ. rest. in rem prætoria, quæ competit ei cujus res per absentiam usucapta est, adversùs eum qui usucepit, vel adversùs

quem eam que ejusdem rei possessorem, ad eam rem petendam,
sub colore quasi ea res non fuisset usucapta.

Species est:

Titius absens suæ reipublicæ causâ, et per-
§. 6. h. t. l. 21. ff. ex quib. caus. maj. ejus absentiam, mævius rem ejus usucepit; titius redux non
potest movere actionem in rem quia dominium amisit, sed
actionem quasi publicianam a prætore propositam sub-
colore quasi nulla intervenisset usucapio.

l. ult. cod. de temp. in integ. restit. Verùm Justinianus, intra quadriennium con-
tinuum, a die reditus absentis, eam dari voluit.

§. 6. h. t. et l. 36. et 9. ff de actio pauliana datur creditoribus chyrogra-

phariis, ad rescindendam factam a suis debitoribus in
fraudem creditorum alienationem; species est:

Titius multis crediteribus chyrographariis
obnoxius, bona sua iis ignorantibus alienavit in eorum
fraudem. cum autem ii creditores nullo jure dominii possint
agere adversus possessores harum rerum, prætor eis concessit
actionem pauliam, sub colore quasi nulla intervenisset
alienatio.

l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. Hæc autem actio datur tantum adversus eos
qui possident titulo lucrativo, vel etiam onerose, sed qui
sint fraudis participes.

ulpian. l. 1. §. cod. de revoc. his, quæ in fraud. cred. l. 2. 3. ff. quæ in fraud. cred.

§. 6. h. t. et l. pap. laudat.

Hoc vero intrà quadriennium continuum
l. ultim. pr. cod. de temp. in integ. restit. datur.

Nec etiam competit, nisi discussis, distractisque
l. 1. cod. quando ex facto tut. vel curat. cum eo agi oport. principalis debitoris bonis.

Actio serviana prædii rustici locatori datur,
l. 18. cod. de pign. l. 17. §. 2. ff. de pact. adversus quemcumque possessorem rerum sibi a colono
in fundi locati mercedis securitatem expressè obligatarum,
ut ejusmodi rerum alienatio revocetur.

Species sic referri potest.

Sempronius a Titio fundum conduxit, in eo
l. 17. §. 2. ff. de pactis que res plures induxit, quas Titio in mercedis securitatem

obligavit, quas que nihilominus alienavit; cum nullo jure
adversus harum rerum possessores agere possit, actio serviana
proposita fuit, æquitate suadente, ut locator jus suum
persequi possit.

Dicitur expressè obligatarum, cum enim in
l. 3. in princ. ff. in quib. caus. pign. prædiis rusticis fructus quos annis nascuntur, invecta et
illata tacitè non obligantur, ut in prædiis urbanis.

Hæc actio perpetua est; quia est rei persecutoria,
l. 4. §. 1. cod. de præscr. 30. vel 40. ann. ejus ante alienationem sibi jam quæsitum persequitur
actor.

Actio quasi-serviana ea est, quâ creditor res
l. si tibi 4. §. 2. ff. de pactis sibi a debitore obligatas, adversus quemcumque possessorem

persequitur, ut ex iis distractis debitum consequatur.

Species est.

Titius mille aureos a Sempronio mutuo accepit, ei que ejus debiti nomine fundum cornelianum obligavit, quem tamen postea alienavit, deficientibus eo casu civilibus actionibus, actione quasi-serviana uti potest creditor; quia fundum sibi obligatum adversus quemcumque possessorem persequi, et eo distracto debitum suum consequi poterit.

Hypotecarius creditor dicitur is qui bona debitoris habet obligata, ob debiti securitatem.

Chyrographarius verò qui solam debitoris personam habet obligatam.

Hypotheca differt a pignore, quòd pignus in rebus immobilibus proprie consistat; rei que pignori data possessio transeat ad creditorem; hypotheca verò in rebus immobilibus plerumque consistit, nec rei hypothecæ subjectæ possessio transit ad creditorem. l. 238. §. 2. ff. de v. s. l. 9. §. 2. ff. de pig. act. l. 1. ff. de pign. act. l. 1. ff. de priscr.

Sectio Quinta
De prætoriis in personam actionibus, rei Persecutoriis

Actiones prætoriæ, in personam, rei persecutoriæ tres hìc enumerantur; scilicet actio de pecunia constituta, actio de peculio, et actio in factum ex jure-jurando. §. 9. 10. et 11. h. t.

§. 9. h.t. l. 1. §. 1. ff. de pecun. constit. l. 4. §. 2. eod. tit.

actio de pecuniâ constitutâ, seu ex constituto, est actio in personam, directa, pretoria, rei persecutoria, quæ datur adversus eum qui sine stipulatione, quod ipse, vel alius, civiliter, vel naturaliter tantùm debet, se soluturum promisit.

§. 10. h.t. l. 4. cod. ff. de pecul.

actio de peculio, est actio in personam, indirecta, pretoria, rei persecutoria, quæ datur ei qui cum filio familias, vel alieno servo contraxit, adversus patrem vel dominum intrà peculii vires, ex eo deducto, quod patri, vel domino debetur.

§. 11. h.t. l. 9. ff. de jurej. jur.

actio in factum ex jure jurando, est actio in personam, pretoria, rei persecutoria, quæ datur si qui, ~

postulante adversario, aliquid sibi deberi juravit.

Sectio Sexta
De Prætoriis in Personam actionibus Pœnalibus.

§. 12. h.t.

Tres sunt actiones in personam prætoriæ, pœnales; scilicet, actio de albo corrupto; actio de injus vocando; est actio de eo qui in jus vocatum, vi exemit.

l. 1. in principio ff. de jurejur.

actio de albo corrupto, est actio in factum, ~ personalis, prætoria, pœnalis, quæ datur adversus eum qui prætoris album (hoc est tabula albo colore in comitio exposita, in quâ prætorum edicta inscripta erant,

ut omnibus innotescerent) dolo malo se corruperit.

§. 12. h. t. ch. 2. ch. 3. ch. 4. D. de in jus vocando

actio de in jus vocando, est actio in factum, personalis, prætoria, pœnalis, quæ patri vel patrono datur adversùs filium emancipatum, aut libertum, qui parentem aut patronum, absque venia a prætore impetratâ, in jus vocaverit.

§. 12. h. t. at l. 1. et 4. in pr. et l. penult. ff. ne quis eum d.

actio de eo qui in jus vocatum vi exemit, est actio in factum, personalis, prætoria, pœnalis, quæ datur adversùs eum, qui vi exemit eum, qui in jus vocabatur, vel per quem vi factum est, ne in jus vocatus, in jus veniret.

Sectio septima

De præjudicialibus actionibus

actio præjudicialis est ea, de quâ prius pronuntiandum est, quam causa principalis decidatur.

Præjudicia enim sunt incidentes quæstiones, de quibus ante principalem causam pronuntiandum est, et ex quarum definitione atque sententiâ in illis latâ, principalis causæ decisio pendet.

§. 13. h. t. **Tres** hîc enumerantur præjudiciales actiones.

Prima est de libertate, in quâ quæritur an

De actionibus.

quis sit liber, an servus? quæ quidem actio civilis est, cum ex lege duodecim tabularum descendat.

Secunda est de ingenuitate, quâ quæritur utrum quis sit ingenuus, an libertinus?

§. 13. h.t. Tertia est de partu agnascendo, in quâ quæritur an quis sit alicujus filius, nec-ne?

Sectio octava
De actionibus rei Persecutoriis & Pœnalibus

§. 19. h.t. Tertia actionum divisio fit in actiones mere rei Persecutorias, et mere pœnales; hoc est,

De actionibus

rei et pœnæ simul persecutorias.

Actiones mere rei persecutoriæ sunt eæ, quibus persequimur id quod ex patrimonio nostro nobis abest. l. 5. in pr. ff. de obl. et act.

Actiones mere pœnales sunt, quæ ex maleficiis, aut quasi-maleficiis oriuntur, et quibus meram pœnam persequimur; ut actio empti furti, injuriarum, de dolo corrupto &c. §. 18. h.t. l. 7. §. 1. ff. de cond. furtivâ l. 7. §. 1. ff. de inj.

Non nulli juris-consulti hoc loci explicant actiones mixtas, sed credidimus rectius explicaturos fuisse in primâ actionum divisione.

Sectio Nona.
De actionibus in simplum,

Duplum, Triplum & Quadruplum.

§. 22. h. t. vel.

Omnes actiones vel in simplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, et hæc est quarta actionum divisio.

§. 22. h. t.

actiones in simplum sunt eæ, quibus de tantùm persequimur, quod nobis abest; quales sunt actiones ex contractu descendantes, et quæ rei persecutionem continent; V. G. actio ex stypulatu, condictio certi, actio empti &c.

§. 23. h. t.

actiones in duplum sunt eæ, quibus duplum

ejus quod sibi abest, persequitur actor.

actio in triplum est ea, quâ triplum persequimur.

Libelli formula sequentibus versibus continetur.

Quis, quis, coràm quo, quo jure petatur et à quo: recte compositus, quisque libellus erit.

§. 24. h. t.

actiones in quadruplum sunt ea, quibus quadruplum ejus quod ex patrimonio nostro nobis abest, persequimur.

Sectio decima
De actionibus bonæ fidei, stricti juris et arbitrariis.

§. 28. h. t.

actionum quinta divisio fit in actiones

bonæ fidei, stricti juris, et arbitrarias.

§. 30. h. t. l. 7. §. 3. et l. 6. in fin. ff de alim. et cib. leg.

actiones bonæ fidei sunt eæ, in quibus ex ipsâ actionis naturâ et ex formulâ a prætore datâ judici permittitur libera potestas æstimandi, et condemnandi in id quod ex æquo et bono alterum alteri præstare oportet; ut actio empti, et actio venditi.

actiones stricti juris sunt illæ, in quibus judex ex contrahentium conventione pronunciare debet; qualis est actio ex stipulatu, certi condictio &c.

§. 31. h. t. l. 14. §. 1. 3. et 15 ff de rei vind.

actiones arbitrariæ sunt eæ, in quibus judex liberam habet condemnandi potestatem, non quidem ex ipsius formulæ potestate, sed ex contumaciâ rei jussui judicis non obtemperantis.

Sectio undecima
De actionibus solidi persecutoriis, et non solidi persecutoriis

actionum sexta divisio est, ut quædam sunt solidi, quædam verò non solidi persecutoriæ. §. 36. h. t.

actiones solidi persecutoriæ sunt quæ tam in condemnatione, quàm in præstatione, id omne continent, quod nobis debetur, ut sunt omnes ferè actiones.

actiones non solidi persecutoriæ sunt, quæ vel in condemnatione, vel saltem in præstatione solidum non continent.

Sectio duodecima.
De actionibus directis, & contrariis.

actionum septima divisio fit in directas, et contrarias.

actiones directæ quatenùs contrariis opponuntur sunt eæ, quæ dantur iis, quorum magis principaliter interest, qualis est actio commodati directa.

actiones verò contrariæ sunt, quæ dantur iis, quorum minùs principaliter interest, qualis est actio commodati contraria.

Sectio decima-tertia

De actionibus Directis, utilibus, & in factum.

actionum octava divisio fit in actiones directas, utiles et in factum.

actiones directæ, prout utilibus opponuntur, sunt quæ in casu lege expresso, ex ipsis legis verbis dantur, qualis est actio legis aquiliæ directa.

actiones utiles sunt, quæ, deficientibus directis actionibus, ex mente legis, prudentum interpretatione, propter casûs similitudinem, ad exemplum directarum, utilitate suadente, proditæ sunt, ut actio legis aquiliæ utilis.

actiones in factum sunt eæ, quæ, tùm directis, tùm utilibus deficientibus actionibus, à prætore dantur, uti actio quæ ex damno alteri citrà corporis læsionem, et dolum dato, competit.

Titulus septimus
Quod, cum eo, qui in alienâ potestate est, negotium gestum esse dicitur.

Bona actionum divisio fit in directas, et in indirectas.

actiones directæ, prout indirectis opponuntur, sunt eæ, quæ, in aliquem ex proprio ejus facto dantur.

indirectæ verò sunt, quibus ex eorum, quos in potestate habemus, facto tenemur; putà quæ ex contractu filii familias, vel servi, adversùs patrem vel dominum competunt.

Hujus-modi actiones sex enumerantur:
actio nempè quod jussu, exercitoria, institoria, tributoria, de peculio et de in rem verso.

actio quod jussu, est actio personalis, indirecta, prætoria, quæ datur ei, qui jubente patre, vel domino, cum filio familias, vel servo contraxit, adversùs patrem, vel dominum, in solidum quod jussum est. — §. 2. h. t. tota tit. ff. de jussu et l. ult. cod. quod cum eo.

actio exercitoria, est actio personalis, indirecta, — §. 2. h. t. et l. 1. ff.

De actionibus

cod. de instit. et exercit. l. 1. ff de exercit. actio.

prætoria, quæ in solidum ei, qui cum magistro, vel submagistro navis, intra præpositionis fines contraxit, adversus exercitorem datur.

In solidum hæc actio datur, quia is, qui contrahit, non tam ejus, qui cum contrahit, quam ejus, cujus negotium geritur, fidem secuti videntur: qui sine dubio decipientur, nisi is, qui præposuit, omnia magistri facta præstare teneretur.

§. 1. h. t. l. 1. §. 1 ff de exercit. act.

exercitor dicitur is, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet.

l. 1. §. ... ff. de exercit. act.

Magister est ille, qui navi ab exercitore præpositus et cui totius navis cura demandata est; submagister is, qui a magistro præpositus fuit.

De actionibus.

actio institoria est, actio prætoria, personalis ex re persecutoria, quæ ex contractu institoris adversus eum qui præposuit, in solidum ejus, quod ex contractu debitum est, datur.

Ratio est, quia, qui cum institore contrahit, fidem potissimum domini præponentis secutus videtur, quia dominus commodum sentit ex institoris actu, juxtà hanc juris regulam, l. 29. ff. de R. J. ex quâ persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

Institor dicitur is, qui tabernæ, cui cuilibet alii negotiationi terrestri præpositus fuit; sic dictus, quod negotiis gerendis instet. l. 3. et 7. ff. de instit. act.

Præponens, id est, dominus, masculus aut fœmina;

liber an servus, proprius an alienus parvi interest.

§. intro. huius. **Actio** tributoria est actio praetoria, personalis, quâ petitur, ut pater aut dominus, cujus filius, servusve cum aliis contraxerint, merces peculiares aequaliter cum creditoribus dividant.

D. 15. 3. cod. l. 3. in princ. et §. 1. ff. eod. tit. & l. 19. ff. de obl. et act. **Actio** de peculio, est actio personalis, indirecta, praetoria, rei persecutoria, quae datur ei, qui cum filio familias vel alieno servo contraxit, aut quasi-contraxit adversus patrem, vel dominum, intra peculii vires, eo quod cautum, aut gestum, vel domino debetur.

Titulus octavus
De Noxalibus actionibus.

Actio noxalis ea est, quae ex delicto, vel quasi-delicto servi, adversus ejus dominum datur, ut litis praestet aestimationem, cum facultate tamen servum noxae dedendi.

§. 1. h. t. et l. 6. §. 1. ff. si quadrupes pauperiem &. §. 1. h. t. **Noxa** est ipsum maleficium, ut furtum &.

Noxa verò est ipsum corpus quod nocuit, ut canis, pecus.

l. 2. in princ. ff. si. ch. pau. fec. dic. **Ut** actioni noxali locus sit, requiritur ut servus, invito domino, damnum dederit; secus si, jubente domino, damnum alicui servus dederit, non noxalis, sed directa in dominum actio insolidum datur; quia qui per alium facit, per se ipsum facere censetur.

Titulus nonus

Si Quadrupes Pauperiem fecisse Dicatur.

actio de pauperie datur adversus eminum praescripteis quæ alteri damnum dedit, ut litis præstet. æstimationem, cum facultat. etiam quadrupedem noxæ dedendi.

in princ. h.t. ibi. l. 1. ff. ead.

Pauperies est, damnum sine injuria facientis datum.

in princ. h.t.

Dico sine facientis injuriâ, quia cum injuriâ non fiat sine animo nocendi, quadrupes, quæ ratione carent injurium facere non potest.

in princ. h.t. l. 1. h.t. l. 3. 3. ff h.t.

Titulus Decimus De iis, Per Quos agere Possumus.

Per procuratorem agere nemini licebat; lege enim decimâ tabularum.

Hæc actio est, jus prosequendi in judicio, quod sibi non autem quod alteri debetur.

in princ. h.t.

Licuit olim alieno nomine agere pluribus ex causis. l. 1. ff ead. actio quæ unicuique nomine.

Prima est, pro populo, sive pro jure publico, interveniebat syndicus.

Secunda est, pro libertate, cum servus ad libertatem proclamante, agebat assertor.

l. 2. 3. 7. ff de his qui sui vel alieni.

assertor, ille est, qui liberum esse aliquem asserit, seu qui servum in libertatem vindicat.

Certia est pro tutelâ cum pupillo, tutor, id quæ eius in pupillo receptum, servare pupilli, libertatis, et ad latis pupillaris, tum etiam quia pro pupillo, servus pupillus, in jus ei non poterant stari.

Quarta est pro absentibus, reipublicæ causâ, vel apud hostes, ex D. hostilia interrenire quilibet poterat, id quæ ideo, ne indefensa relinquerentur res absentium et pupillorum.

Iudicio in causis civilibus et pecuniariis per procuratorem agere possumus; non vero in criminalibus.

Titulus 2 decimus.

De Satisdationibus

Satisdatio in genere, est cautio quæ fit datis fidejussoribus, et quando que pignoribus.

Hic vero est cautio quæ adhuc e litigantibus, altori stipulanti, fidejussoribus datis præstatur.

Tres satisdationis species sunt; judicio sisti: de rato; et cum rem ratam haberi; et judicatum solvi.

Satisdatio judicio sisti, est cautio, qua reus et procurator actori promittit in judicium se venturum, et ire eo ad finem usque lis permansurum.

Satisdatio de rato, cum rem ratam haberi, est cautio, quâ procurator actoris vel etiam vel dominum negoti-

rem ratam habiturum adversario promittit, aut si se solutorem
l. 1. ad. de procurand. id quod adversarii interest, negotium ratum haberi.

Satisdatio judicatum solvi, est cautio, quâ
in princ. l. 2. et l. 7. ff. jud. solv. reus, vel ejus procurator judicatum se solvturum actori
stipulanti promittit.

Titulus duo-decimus
De Perpetuis & temporalib. actionibus, et Quæ in hæredes et ad hæredes Transeunt.

Actiones perpetuæ sunt, quibus perpetuo
agere possumus; istæ actiones sunt civiles, v. g. quæ
in princ. h. t. praditæ sunt ex legibus, v. g. ex legibus, senatus consultis

Temporales sunt, quibus intra certum
duntaxat aliquod tempus agere possumus, ut actiones
prætoriæ, pœnales, actio injuriarum &.

Actiones quæ hæredibus et contra hæredes
l. 11. et 14. § ff. de oblig. et act. l. 132. § 3. et l. 154. ff. de R. J. dantur, sunt actiones ex contractibus, et quasi-contractibus
descendentes, si rei tantum persecutionem continent.

Condictio furtiva contra hæredes non datur,
l. 1. § princ. ff. de priv. delict. § 1. et l. 9. § 1. ff. de condict. furtiv. quæ licet ex delicto descendat, etiam si versus hæredes
competit; quia rei persecutoria est.

Titulus decimus-tertius
De exceptionibus

Exceptio est actionis exclusio.

De exceptionibus

Triplex est exceptionum divisio.

Prima fit in civiles; et pretorias.

Secunda in perpetuas, seu peremptorias; et in temporales seu dilatorias.

Tertia in eas quæ rei cohærent; et eas quæ personæ cohærent.

Civiles sunt, quæ ex aliquâ juris civilis spe descendunt.

Prætoriæ sunt quæ ex prætoris jurisdictione proficiscuntur.

Perpetuæ sunt quæ agentibus semper obstant, actoris quæ intentionem omninò perimunt.

De replicationibus

Temporales sunt quæ ad tempus tantùm obstant, actoris quæ intentionem duntaxat differunt.

Exceptiones rei cohærentes sunt, quæ non debitoribus tantùm, sed etiam eorum fidejussoribus, hæredibus que prosunt.

Exceptiones personæ cohærentes sunt, quæ solis debitoribus prosunt, non autem eorum fidejussoribus.

Titulus decimus-Quartus.

De Replicationibus

Replicatio est exceptionis exclusio; seu allegatio ab actore, adversùs rei exceptionem opposita. in pr. h. t.

De interdictis.

Titulus decimus-quintus

De interdictis

interdicta sunt decreta quibus prætor inter duos de possessione, vel quasi-possessione contendentes, penès quem remanere debeat res litigiosa possessio decernit.

interdicta dicuntur, quasi inter duos, cum §. 1. h. t. interim dicta.

Quando rei controversa possessio est incerta, hæc, jure civili, proprietatis quæstionem semper defert; præcedere, possessorium etenim et petitorium non sunt cumulanda.

De possessione prius decernendum;

De interdictis.

Primò, ut constare possit quis sit actor, quisve reus, porrò rei partes possessor sustinet.

Secundò, ut si in probatione actor deficiat, penès possessorem res litigiosa remaneat.

Sententia est decretum a judice rité interpositum, actoris, vel rei condemnationem vel absolutionem certam continens.

Vide de Lusseux ad tit. x v. ubi de interdictis.

Titulus decimus-sextus

De Rixâ temerè Litigantium

Temerè litigantes sunt, qui negotii facessendi

potiùs animo, quàm juris sui fiduciâ freti litigant.

§. 1. 2. 3. Pœna pecuniaria varia fuit; sed hodie litigator improbus damnum, et litis impensas adversario prestare cogitur.

Tertiâ denique temere litigantium pœna est, infamia, quâ notantur condemnati actione furti, bonorum raptorum, injuriarum, et de dolo.

Titulus decimus-septimus
De officio judicis

Judex est vir bonus, juris que peritus, qui dirimendis privatorum controversiis datur.

Officium judicis est potestas, quâ in diri-

mendis privatorum litibus, jussâ legum utitur præcepta.

Judex in primis observare debet, ut secundùm leges, mores, et constitutiones judicet; legem enim est minister, non arbiter.

Igitur sententia contrà leges, mores, aut populum constitutiones lata, ipso jure nulla est, ita ut opus non sit appellatione.

Sententia verò contrà litigantium jus lata, ipso jure valet, adeo ut ad eam rescindendam opus sit appellationis remedio; vide definitionem sententiæ ad titulum X. V. de interdictis, pag. 311.

Est appellatio ab inferiore judice, ad superiorem

facta provocatio, ratione gravaminis illati, vel inferiori

gradatim et ad judicem proximè superiorem

interponenda est. appellatio, ne inferiorem judicem abeat

in contemptum auctoritas, et ut sua cuique jurisdictio

servetur.

Meminisse quoque debet judex in omnibus

potiùs æquitatis, quam stricti juris rationem esse habendam.

L. 6. §. 1. ff. de offic. pret. In quæstione facti judex in judicando sequi jubetur

rerum probatarum fidem, hoc est, secundum allegata et

probata judicare debet.

vide Instit. Justin. Illustr. quæst. capit. 2. cap. 11. Obs. cap. 19. unde plerique existimant, judicem in quæstione facti liberè judicare secundùm allegata et probata, non vero

secundùm privatam scientiam, ne judex sit aut testis.

Titulus decimus-octavus
De Publicis judiciis

Publica judicia sunt ea quæ publicam vin- L. 1. ff. de jurisd. jud. et. pri. delim.
dictam continent, et a quolibet e populo exerceri potest.

Publica judicia per accusationem et inscriptionem instituuntur.

accusatio est crimînis apud competentem

magistratum, vindictæ publicæ causâ, rite facta relatio.

Competens enim magistratus dicitur, ad-

quem criminum cognitio pertinet, et cujus jurisdictioni reus

subjectus est.

De Publicis judiciis

l. 3. in fine ff. de accusat.

Inscriptio est actus quo professetur accusator in accusationis libello, se alium publici criminis reum facere, seque ad tabellas poenam adstringit, nisi crimen probaverit.

§. 2. h. t.

Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia.

§. 2. h. t.

Capitalia sunt, quæ civium romanorum numero caput eximunt, vel morte naturali, nempe ultimo supplicio.

§. 2. h. t.

Vel morte civili, nempe servitute, deportatione, condemnatione ad metallum.

§. 2. h. t. l. 2. ff. eod.

Non capitalia sunt, quæ pecuniariam tantum

De crimine læsæ majestatis

poenam cum infamia irrogans: vel quæ corporali quidem coercitione, v. g. relegatione, vel fustigatione puniuntur.

l. 28. §. 1. ff. de poen.

Publica judicia hæc sunt: læsa majestas, adulterium, stuprum, homicidium, veneficium, parricidium, falsum, vis publica, vis privata, raptus, peculatus, plagium, ambitus, crimen repetundarum, annonæ et residui.

De crimine læsæ Majestatis

Hoc crimen olim adversus populum romanum, vel ejus securitatem; hodie adversus summum principem imperii quæ statum, proprie committitur; improprie vero adversus principis legatos, consiliarios, cum hi pars corporis

§. publica eadem.

sint ipsius principis.

Tales, vel petit blasphemi, et sacrilegi, capitalem
exc. 49 milit. gener. Ch. alii L. c. de rel. D. pœnam, hæretici exilio puniuntur, quoniam graviùs est divinam, quam humanam, offendere majestatem. jure canonico excommunicantur.

De adulterio

adulterium est alieni tori, cum matrimonii violatio; quæ committitur non tam effectu, quam ipsâ cupiditate etiam non consummato matrimonio, in sponsam L. 30. ff. ad L. I. L. 13. §. 5. ff. ad exhib. alienam non admittens; quia non violatur thorus, nisi expressus.

Nov. 117. c. 10. 2. est Imp. **Hujus** criminis pœnam præcepit imperator mulieri

verò verberibus cæsas in monasterium detrudi, & interim nisi pro zelotia vitæ, innocentiæ asseritur, servatâ libertate existentibus proprietate, para phernalia bona in suo salva manent.

accusatio hujus criminis permissum erat, 1. c. de adult. 1° marito, et olim agi potest, vel Ch. necessarium super eodem gladio, objectum velerum, quem difficillimum est tempore; 2° patri: vel avo quem est jure potris.

De stupro

